

H. 1,384.

H. M. I, 241.

M ²⁾
3)

3th

M. Balthasaris Menfieri
Compendium Geographicum
Hesac 1695.

2 J. C. B. Bibliotheca compendiosa
facile portatilis. Geneva 1704

3 Histoire politique de la guerre
nouvellement declarée entre
les anciens et les Modernes.

B

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT
BIBLIOTHEK
MAGDEBURG

M
L
C
G
07



N/1
M. BALTHASARIS MENTZERI,

Matheseos, in Alma

LUDOVICIANA,

PROFESSORIS PUBLICI,

COMPENDIUM
GEOGRAPHICUM.



GISSÆ HASSORUM, cl^o loc^o XXCV.
Typis MÜLLERIANIS. 80.



SERENISSIMO PRINCIPI

AC

DOMINO,

DN. PHILIPPO

HASSIÆ LANDGRAVIO

PRINCIPI HERSFELDIAE

COMITI IN CATTIME

LIBOCO, DECIA, ZIEGEN

HAINA, NIDDA, SCHAUMBUR

GO, ISENBURGO ET

BUDINGA &c.

ACADEMIÆ GISSENÆ

RECTORI

MAGNIFICENTISSIMO,

PRINCIPI AC DOMINO

SVO CLEMENTISSIMO.

*SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME!*

*Quibus Hecatombe non sup-
petebat olim, minoribus Nu-
men hostiis placabant; Et farre
a 2 etiam*

24387 (0) 20
etiam perlitabant, quibus thure
non liceret. Nimirum mentem
non manum inspicere Superos
credebant, divitem plus satis,
dum facilem sacrificio voluntas
aperiret. Dudum, SERENIS-
SIME PRINCEPS, me
aræ VESTRÆ applicitum,
innatus, erga Deum HAS-
SO - DARMSTATI-
NAM, amor voluit, &, quo
subjectissime devinctus teneor,
obsequium; ex quo certatim alia
alios, & peregrinos etiam, suæ de-
votionis argumenta edere ani-
madvertebam: sed nec per for-
tunam

tunam valui, nes licuit haec-
 nus per ingenium. Nunc Ter-
 rarum Orbem offero, pugillo in-
 clusum, si divertere ad Musas
VESTRÆ SERENI-
TATI placeat, quas devotæ
 mentis voluntas reddere gratas
 posset. Non enim, nisi parvum
 poterat & exile, è meo scriniolo,
 prodire, quale tamen accipere
PRINCIPES non detrectant,
 & munus facere **SUA MA-**
JESTATE & GRATIA
 pretiosum? Platanos olim &
 vi'es acceperint aureas à diversis
 Persæ, auro & gemmis immerfi;

2392

a 3

aliter

thure
 ntem
 peros
 satis,
 antas
 NIS-
 me
 tum,
 AS-
 TI-
 qua
 neor,
 in alia
 de-
 an-
 r for-
 unam

✽ (0) ✽

aliter atq̄ Barbari hæc aula sapit,
E^{ſt} VESTRA, PRINCEPS
OPTIME, SERENITAS
ante gemmas E^{ſt} aurum habet, à
mediocri licet ingenio profectum.
Atque ut, quem calcamus, caligo
occupat, nisi sole colluſtretur; sic
ſine VESTRÆ SERENI-
TATIS ſplendore, in obscuro
manebit, quem Orbem nunc edo.
Serviat igitur non HASSIÆ
ſolum ſuæ HÆC TANTI
NOMINIS LUX, ſed Orbis
partibus Univerſis his lineolis de-
ſcripti; novoque lumine PHI-
LIPPUS invaleſcat, ut nova
SPES


✻ (0) ✻

SPES PATRIÆ resurgat,
Et **SERENISSIMA DO-**
MUS hoc columine in seros
annos tuto Et feliciter nitatur.
Vovebam Gissa, VII. Cal. Ju-
nii, Anno, post reparatam Sa-
lutem, clc lcc **XXCV.**

VESTRÆ SERENITATIS

Clientis devotissimus,

M. Balthasar Mentzerus,
Prof. Math. Publ.



AD LECTOREM.

NOli mirari, *Lector Bene-*
vole! in tanta Geographorum copia,
 me, præfens, quod vides, compendi-
 um, edere, prius, quàm institutum, & quæ
 me præcipuè ad opusculi editionem movit,
 causam, pervideris. Sic enim æquius judi-
 cium feres, nec vel temeritatem, auctori, vel
 levitatem, rei, imputabis. Quamprimum ad
 Professionis publicæ munus accessi, Orbis
 partes omnes, in usus privatos, breviter deli-
 neaveram, consultis, ea re, variis, iisque cele-
 berrimis Geographis, *Schooten* nimirum, *Tac-*
queto, *Ricciolo*, *Cluvero*, *Fansonio*, *Baudrand*,
Fournier, *Blavio*, *Varenio*, aliisque scriptoribus
 variis; Cùm deinde nonnulli, Geographi-
 cæ rei dediti, ductum meum desiderarent, atque
 autorem certum delectum vellent, quem se-
 querentur, non adeo facilis, in tanto Scripto-
 rum numero, electio fuit: Alii enim, quam
 brevitatis studium tenet, prolixiores, alii bre-
 viores erant, Præcipue in Globo & mappis, ne-
 cessariam, omittentes, vel concise admodum,
 & subobscurè tradentes; alii, ob schemata ad-
 jecta,

jecta, sumptuosiores, quæ ipsi, exercitii causa, delineare mallent; alii, alia de causa, displicebant. Qua occasione meum, Ipse, seriniolum aperire necesse habui, & quæ usibus meis, ut supra dictum, comportâram, ostendere. Quæ, cum non displicerent, à me tandem flagitarunt, ut typis vulgarentur, ipsique descriptionis molestiâ liberarentur. Ægre initio assensus sum, sed cum finem non facerent rogandi, me tandem vinci sum passus, & bonis nunc avibus Compendium Geographicum vulgo. Ex quo nullum laudis aucupium spero, dummodo constet, illud à me in hujus editione spectatum præcipue esse, ut promptitudinem animi declarem, iis inservidendi, qui studium hic impendere volunt. Et calcar ad hanc rem addidit, quod observarem, quoties Auditores iter hoc mecum sunt ingressi, nunquam, (absit jactantia verbis,) sine laboris præmio digressi sint, fructu scilicet & commodo non mediocri. Hunc fructum semper industriæ meæ optimum judicavi, & si in posterum utilitatis aliquid in Juventutem Academicam redundare videro, pretium me editionis abundè fecisse, putabo. Vale.

COM.



Bene-

m copia,
ompendi-
, & quæ
n movit,
uius judi-
tori, vel
imum ad
, Orbis
viter deli-
que cele-
am, Tac-
audrand,
iptoribus
graphicæ
nt, atque
quem se-
o Scripto-
m, quam
, alii bre-
ppis, ne-
modum,
emata ad-
jecta,



COMPENDII GEOGRAPHICI
CONTENTA.

LIB. I.

Continens Geographiæ Generalia.

Cap. I. De Geographia Definit, & Terra
affectationibus. p. 6.

Cap. II. De Instrumentis Universalibus, Glo-
bis & Mappis. p. 9.

Cap. III. De Circulis & reliquis Globorum par-
tibus. p. 11.

Cap. IV. De Distributione Regionum secun-
dum Longitudinem & Latitudinem. p. 20.

Cap. V. De Divisione Telluris in Zonas & Cli-
mata. p. 24.

Cap. VI. De varia Incolarum Terraque habitu-
dine, ratione situs & umbrarum. p. 28.

Cap. VII. De Usu Globi & Mapparum. p. 30.

LIB. II.

Exhibens Geographiæ Specialia.

Cujus Pars I. Hydrographiam proponit.

P Cap. I. De Aqua, ejusque variis differentiis
Maribus, Sinubus & Fretis. p. 46.

Cap. II. De Terra, ejusque variis differentiis
Conti-

Continetibus, Peninsulis, Insulis, Isthmis,
Promontoriis, &c. p. 54.

Pars II. Quatuor Maximas Continentes, quatuor
Sectionibus proponens.

SECT. I. DE EUROPA. p. 60.

PHIC
neralia.
Et Terra Cap. I. De Hispania. p. 62.

Cap. II. De Gallia. p. 68.

bus, Glo. Cap. III. De Italia. p. 74.

Cap. IV. De Germania Superiori. p. 86.

orum par. De Inferiori. p. 98.

Cap. V. De Anglia, Scotia & Hybernia. p. 118.

m secur. Cap. VI. De Dania. p. 127.

m. p. 20. Cap. VII. De Noruegia. p. 132.

as & Cli. Cap. VIII. De Suecia. p. 136.

Cap. IX. De Sarmatia. p. 144.

na habitu. Cap. X. De Scythia. p. 151.

p. 28. Cap. XI. De Pannonia. p. 153.

um. p. 30. Cap. XII. De Illyrico. p. 156.

Cap. XIII. De Thracia. p. 157.

Cap. XIV. De Graecia. p. 163.

cialia.
ponit. SECT. II. DE ASIA. p. 175.

ifferentiis Cap. I. De Tartaria. p. 176.

6. Cap. II. De Sina vel China. p. 180.

ifferentiis Cap. III. De India Orientali. p. 186.

Conti

Cap.



Cap. IV. De Persia. p. 196.

Cap. V. De Arabia. pag. 201.

Cap. VI. De Turcia Asiatica. p. 205.

SECT. III. DE AFRICA. p. 212.

Cap. I. De Barbaria. p. 213.

Cap. II. De Biledulgerid. p. 216.

Cap. III. De Sarra. p. 218.

Cap. IV. De Aegypto. p. 219.

Cap. V. De Regno Nigritanorum. p. 224.

Cap. VI. De Habessina. p. 228.

Cap. VII. De Aethiopia. p. 233.

SECT. IV. DE AMERICA. p. 242.

Cap. I. De America Septentrionali. p. 243.

Cap. II. De America Meridionali. p. 252.

Cap. III. De Terra Australi. p. 267.

Cap. IV. De Terra Boreali. p. 270.

CATA



CATALOGUS
AUTORUM, IN OPUSCULO
ALLEGATORUM, ET EDITIO-
NUM, PRO FACILITANDA
EVOLUTIONE.

Edmundi Castelli. S. T. D. Lexicon He-
ptaglotton. Londini. 1669.

Abrahami Ortelii Thesaurus Geographicus.
Antverpiæ. 1596.

Michael: Anton: Baudrand Lexicon Geogra-
phicum. Patavii. 1675.

Francis Gouldman Copious Dictionary: Di-
ctionarium Historico-Geographico-Poë-
ticum. Londini. 1673.

C. Plinii Secundi Historiæ Naturalis Libri
XXXVII. Lugduni Batavorum. 1635.

Laurentii Strauffii Isagoge Physica. Ulmæ.
1684.

Johannis Baptistæ Riccioli Geographia &
Hydrographia. Bononiæ. 1661.

Andræ Tacquet Opera Mathematica. Ant-
verpiæ. 1669.

A

P. Ga

2 CATALOGUS AUTORUM.

P. Gasparis Schotti Cursus Mathematicus.
Francof. ad Moen. 1674.

Roberti Flud Utriusq; Cosmi Historia. Op-
penhemii. 1617.

Andreae Argoli Ephemerides. Lugduni. 1677.

Philippi Cluveri introductio in Geographiam.
Brunsvigæ. 1672.

Petri Apiani & Gemmae Frisii Cosmographia.
Antverpiæ 1584.

Bernhardi Vareniï Geographia Generalis.
Cantabrigiæ. 1672.

Joh. Jac. Heinlini Synopsis Mathematica U-
niversalis. Tübingæ. 1663.

Eberhardi Schulthesii Synopsis Geographiæ.
Tübingæ. 1673.

P. Joh. Königs Institutio Geographica ele-
mentaris. Argentorati. 1677.

Ejusdem Vestigia Mathematica. Friburgi
Brisgojæ. 1680.

Guilielmi Blaeu Institutio Astronomica, de
usu Globorum. Amstelod. 1668.

Erhardi Weigeliï kurze Beschreibung der
verbesserten Himmels- und Erden-Glo-
ben. Jena. 681.

Joh. Henr. Alstedii Methodus Admirando-
rum Mathematicorum. Herbornæ. 1657.

Allain

* * *

Allain Manesson Maller Beschreibung des
ganzten Weltkreysses. Franckfurt am
Mayn. 1684. 85.

Joannis Jansonii Atlas Contractus. Amste-
lod. 1666.

Ejusdem Atlas Minor, Amstelodami. 1651.

Abrahami Ortelii Theatrum Orbis Terra-
rum. Antverpiæ. 1570.

Claudii Bartholi Morisoti Historia Generalis
Orbis Maritimi. Divione. 1643.

Samuelis Bocharti Geographia Sacra. Ca-
domi. 1651.

Strabonis, Rerum Geographicarum, Libri
XVII. Atrebat. 1587.

Isidori Origines.

Georgii Hornii Orbis Politicus. Lipsiæ 1668.

Georgii Fournier Geographica Orbis Noti-
tia. Francofurti ad Mœn. 1668.

Petri du Val Allgemeine Weltbeschreibung.
Nürnberg. 1681.

Georg Christoph von Neitzsch Sieben-
jährige Europa = Asiat = und Africanische
Weltbeschauung. Nürnberg. 1673.

Jürgen Andersen und Volquard Iversen
Oriental. Reißbeschreib. Schlessw. 1669.

A 2

Guili-

4 CATALOGUS AUTORUM.

Guilielmi Cornelii Schoutenii Hornani Diarium vel descriptio laboriosissimi itineris, circa totum Terrarum Orbem. Amstelod. 1660.

Johannis de Laet opuscula, Lugduni Batav. edita, Hispania. 1629. Gallia. 1629. Principatus Italiae. 1631. Belgium Confœder. 1630. Persia. 1637 Imperium Magni Mogolis, sive India. 1631. Dania & Norwegia. 1629.

Pauli Hentzneri itinerarium Germaniae, Galliae, Angliae & Italiae. Lipsiae. 1661.

Memorabilia Europæ Anonymi. Ulmæ. 1682.
François Savinien d'Alquié Les Delices de la France. Amstel. 1670.

Clementis Weigeli Sicherer Wegweiser der Reise/ in das Welschland. Nürnberg. 1681.
Matth. Meriani Topographia Helvetiæ. Francof. ad Mœn. 1655.

Philippi Cluveri Germania Antiqua. Lugduni Bat. 1631.

Casparis Barlæi Res Brasiliæ. Clivis. 1660.

Johannes Loccenius, De Jure maritimo & navali. Holmiæ. 1652.

Adami Olearii Moscovitische und Persianische Reißbeschreibung. Schlesswig. 1656.

Johan.

CATALOGUS AUTORUM.

5

Johan. J. Straussens denckwürdige Reise
 se/ durch Italien/ Griechenland/ Liffland/
 Moscau/ Tartarey/ Meden/ Persien/
 Türckey/ Ost-Indien/ Japan. etc. Am-
 sterdam. 1678.

Olai Magni Historien der Mitternächtigen
 Länder. Basel.

Johannis Loccenii Antiquitates Sueo-Gothi-
 cæ. Upsaliae. 1670.

Olf Rudbeks Atlant Eller Manheim. Upsal.
 Rudolph Capell. S. Th. Dris. Norden. Ham-
 burg und Stockholm. 1678.

Friderich Martens Spitzbergis. und Grön-
 ländische Reißbeschreibung. Hamburg.
 1675.

Christophori Heidmanni Palæstina. Wol-
 ferbyti. 1665.

M. Henrich Buntingis Itinerarium S. Scri-
 pturæ. Helmstatt. 1581.

Christiani Adrichomii Theatrum Terræ
 Sanctæ.

Jobi Ludolphi, alias Leutholf dicti, Historia
 Æthiopica. Francof. ad Mœn. 1681.

Sebastiani Schram Beschreibung des König-
 reichs China. Eisenach. 1679.

A 3

LIB.



LIBER I.
CONTINENS GEOGRA-
PHIÆ GENERALIA.

CAP. I.

*Exhibens Geographiæ Definit. Et
Terræ affectiones.*

1. **G**eographia est a. terræ universæ, qua-
tenus nobis cognita est, descriptio.
Ricc: ita : Geographia simplex est scientia
mathematica, de terraquea mole in univer-
sum, quatenus quanta est, & mensurabilis,
tum secundum se, tum quoad proprietates,
quas ex positione, ad cœlum relata, nancisci-
tur. *Ptol:* Geographia est imitatio picturæ,
totius partis Terræ cognitæ, cum iis, quæ ipsi
universaliter sunt annexa.

a. Terra, quæ elementum, Physicis, siccum &
frigidum est, non separatim hic consideratur,
sed complexim. una cum aqua & atmosphæ-
ra, tanquam totius universi centrum.

* *Strauss. Phys. Part. Spec. c. 5, p. 120.*

2. *Figur-*

2. *Figura*, qua terra cum aqua globum constituit, est sphaericè rotunda; id quod probatur: 1. Ex observationibus navigantium, & nautarum relationibus, *A.* 2. Ex ortu & occasu stellarum, *B.* 3. Ex umbra, lunæ eclipsatæ, rotunda, *C.* &c. Neque obstant vallium cavitates, neque altitudines montium, aut fluctuum maris intumescantium.

* *Tacquet, Lib. I. c. 2. p. 9. Ricciol. Lib. I. c. 1. p. 1. Schott. Curs. Astron. Elem. Part. II. cap. 1. p. 240. Var: Lib. I. Sect. II. c. 3. p. 15. Straußs. Phys. Part. Spec. Cap V. p. 123. Ax. VI. Schulth. Lib. 1. cap. 1. pag. 3. Mallet Beschreib. des ganken Weltkreyses. P. I. Lib. I. cap. 1. p. 1. & Lib. II. cap. 1. p. 90.*

3. *Quantitas* terræ vel absoluta est, vel relata, *Hæc*, in respectu ad Cœlum, puncti istar est; *Illa* vero per milliaria exprimitur, quorum in terræ *a.* perimetro numerantur 5400.

a. Perimeter terræ seu circumferentia est maximus, globi terreni, circulus, 360. gr. continens, quorum uni respondent 15. milliaria germanica, si eam 15. ducantur in 360. veniunt 5400. & quemadmodum se habent 22. ad 7. ita se habet perimeter ad diametrum.

b. Diameter est linea recta, ex uno circumferentiæ puncto, per centrum terræ, ad alterum directe oppositū, transiens. Continet ea 1718 $\frac{2}{11}$.

A 4

mill:

. *Figur-*

mill: germ: numerus rotundior est 1720. & Semidiameter 859 $\frac{1}{11}$. vel 860, qui numerus loco illius adhibetur,

c. Area circuli maximi, seu tota superficies terræ plana est milliar: germ: 2322000. quæ invenitur, multiplicando dimidiam circumferentiam 2700. per Semidiam: 860.

d. Tota superficies terræ convexa est mill: germ: quadrat: 9288000. quæ invenitur, si quaternarius ducatur in arcam circuli maximi, vel, in diametrum 1720. circumferentia tota 5400.

e. Soliditas totius telluris est milliar: german: cubic: 2662560000. quæ invenitur, si in arcam circuli maximi ducatur diameter, & summæ triplum dupletur, vel, si in tertiam partem superficiei convexæ ducatur Semidiameter.

* *Heinlinus Synops. Part. II. cap. 3. p. 673. Schott. Lib. VII. Curs. Mathem. cap. V. p. 244. Tacq. Geometr. Pract. Lib. I. cap. VI. p. 50.*

f. Millare germanicum æquiparatur milliaribus Italicis 4. quorum unum 1000. passus continere dicitur.

* *Varen. Lib. I. cap. 2. pag. 13. Ricciol. tot. Lib. 2. præprim. cap. 8. p. m. 48. Tacq. Geom. Pract. l. 1. c. 1. p. 2.*

g. Memorix causa adjiciuntur seqq:

Quatuor ex granis digitus componitur unus,
Est quater in palmo digitus, quater in pede
palmus,

Quinque pedes passum faciunt, passus quoque
centum

Viginti

Viginti quinque stadium dant: Sed milliare
Octo dabunt stadia, duplicatum dat tibi leu-
cam.

4. *Situs* terræ in mundi medio, tanquam
centrum, est; quod probatur, 1. Ex cœli facie.
2. Ex observationibus stellarum. 3. Ex terræ
gravitate.

* *Schulthes. Syn. Lib. I. c. 3. p. 13. Alsted. Admir. p. 254. Tacquet. Astron. Lib. I. c. 2. p. 12.*

5. *Immobilis* terra est, atque stabilitas ejus
contra Copernicos demonstratur, tum ex Sa-
cra Scriptura, tum ex variis rationibus aliis.

* *Alsted. Admir. Lib. VI. cap. 1. p. 256. Schulth. Lib. I. c. 4. p. 14. accuratiss: Tacq. Lib. Astron VIII. cap. III. p. 330. Strauss. Phys. Part. Spec. cap. V. pag. 122. Ax. V.*

CAP. II.

*De Instrumentis Universalibus,
Globis & Mappis.*

1. **G**lobus, seu sphaera *ABC.* corp⁹ est ro-
tundum, una superficie contentum,
in medio habens centrum, sive punctum, *D.*
à quo omnes lineæ, *DA. DB. DC.* ad superfi-
ciem ductæ, inter se sunt æquales.

2. *Duo* ejusmodi *Globi* à manu artificis,
cœlum & terram rotunditate sua æmulantes,

constructi sunt, quorum primus, Cœlestis, alter, Terrestris, dicitur, quibus annumeratur tertius, qui Armillaris audit.

3. *Globus Cœlestis* (quem, cum accuratioribus, orbem potius, dixeris, eo, quod & convexam & concavam habeat superficiem, sphaera autem, quæ ad centrum usque plena atque solida est, unicâ tantum, convexâ scilicet, contineatur) sidera in Cœlo contenta, juxta verum situm, ordinem atque magnitudinem, exhibet, Cœlique faciem, omnia juxta temporis momenta, repræsentat.

4. *Globus Terrestris* sive Elementaris, molis terraquei superficiem, omnesve ejus Regiones, maria, Insulas &c. tanquam vultum universi pulcherrimum, hominum conspectui offert.

5. *Globus Armillaris*, circulos, à Mathematicis excogitados, (qui aliâs, tanquam notionem secundæ in mundo, in mente atque imaginatione, concipiendi sunt,) miro artificio constructos, seorsim exhibet.

6. *Mappa* vel *Tabula Geographica*, partes superficiem terrestris repræsentans, figura plana est, eoque artificio constructa, ut, quod

ocu-

oculus uno complecti intuitu in terra nequit,
in eadem contemplari scite possit.

7. *Mappæ vel universales* sunt, vel *particu-
lares*: *Universales*, totam telluris globosæ
molem, in planitiem porrigentes, exhibent.
Particulares vero unam vel alteram regio-
nem.

8. *Partes mapparum* sunt circuli, lineæ,
picturæ locorum, fluminum, scalarum mil-
liarium, compassus, aliorumque, quæ ad or-
natum faciunt.

9. Maximum, præ reliquis circulis, usum
in iisdem præstant *Meridianus & Equator*,
eorumque vicarii; illi locorum, determinant,
latitudines, hi vero eorum longitudines.

* *Cluv. lib. 1. p. 2. Mallet. Part. I. p. 3. Varen. lib.
II. pag. 288. Schott Curs lib. VII. Astron. pag 371.
Schulthes lib. III. p. 88.*

CAP. III.

*De Circulis & reliquis globo-
rum partibus.*

I. **C**irculi, qui vel extra globos terrestres,
vel in eorum superficie constituuntur,
tellurique ita applicantur, ut cœlestibus *καὶ*
ἐνθεῖαν directè subjiciantur, sunt 10, 6, *majo-*

res & 4. *minores*. *Majores* seu maximi centrum commune habent cum terræ centro, atque sphaeram, seque, in duas dividunt partes exacte æquales. *Minores* centrum cum sphaeræ centro non idem habentes, in partes eandem dividunt inæquales.

* *Robert. Flud. Cosmograph. c. 1. p. 532. Heinlin. pag. 650.*

2. *Horizon, AB.* est Circulus maximus, immobilis & mutabilis, descriptus ex *a.* Zenith habitatoris, tanquam ex *b.* polo, dividens sphaeram in hemisphaerium *superius, e.* & *inferius, c.* Ortum determinans atque occasum siderum, nec non moram eorum, vel supra vel infra seipsum, imo visum nostrum, unde *finitor* dicitur.

a. Zenith M. est punctum Cæli, directe & perpendiculariter correspondens vertici stantis in globo terraqueo. Punctum, huic diametraliter oppositum, *Nadir* dicitur. *N.* Alii, *Semith* scribunt: Præstat vero *Sempr* scribere, cujus radix est *Samat*, & *Nathir*, cujus radix est *Nathara*.

* *Castell. Lexic. sub dictis radicibus. pag. 2563. & 2293.*

b. Poli D. & E. nil aliud sunt, quam *c.* Axis extremitates, superficiem globi, in duobus punctis oppositis, egredientes, quarum altera, *D.* Septentrionem ostendens, *Polus Boreus, seu Arcticus*

Arcticus dicitur; *Austrinus* vero, seu *Tropicus*, altera, E. quæ Meridiem respicit. Illi D. nobis semper conspicuus est, hic vero E. nunquam.

6. *Axis* DE. linea recta est, [per Sphæræ centrum, ad axis, quem tanquam totius Mundi diametrum nobis imaginamur, similitudinem, transiens] circa quam Sphæra volvi potest, atque converti.

3. *Horizon* est duplex i. *Vel naturalis, rationalis & verus; vel sensibilis, physicus & apparens.*

4. *Apparens seu Physicus* AB. non in superficie terræ aut maris rotunda, sed in Cœli potius, atque Terraquæ commissura, visu determinata, describitur, Sphæram dividens in *segmentum majus, AFB. & minus, AEB.* quorum illud *latens*, & hoc *patens*, dicitur.

5. *Naturalis seu verus* CD. Sphæram mundi universalem dividit perfecte in duas partes æquales, *superiorem & inferiorem*, Estque triplex: *Rectus, Obliquus & Parallelus.*

6. *Horizon rectus*, seu sphaera recta est, ubi uterque polorum A & B. horizonti AB. incumbit, atque Zenith C. sub æquatore CD. est, qui ab horizonte secatur ad *angulos rectos.*

7. Hori-

7. *Horizon obliquus* seu sphaera obliqua est, ubi alter polorum *H.* supra finitorem *EF.* attollitur, alter vero *G.* deprimitur infra eundem, ita quidem, ut æquatorem secet *oblique.*

8. *Parallelus horizon* seu sphaera parallela est, ubi unus mundi polus, *O.* altissimè attollitur in Zenith, *O.* alter vero, *R.* humillime deprimitur in Nadir, *R.* & ita circulus æquinoctialis *IK.* cum horizonte *IK.* coincidit, ipsique est parallelus.

a. Præterea in horizonte ligneo observanda sunt seqq.

1. Gradus, quorum sunt 360. in quos divisus est, quemadmodum omnis circulus in ejuscemodi partes æquales 360. dividi solet. Gradus deinde, (cujus signum \circ est,) iterum dividitur in 60. minuta seu scrupula prima, quod liber minutum primum, (cujus signum est $'$) in 60. minuta secunda, quodlibet minutum secundum, (cujus signum est $''$) in 60. minuta tertia, & sic porro.
2. Quadrantes, quorum quatuor sunt, juxta cardines mundi sive angulos, Orientem nimirum, Occidentem, Meridiem & Septentrionem.
3. Ventorum plagæ, quæ numero infinitæ sunt, quarum recentiores 32. plerumque recensent.
4. Duo Calendaria, Julianum seu Vetus, & Gregorianum, seu novum.
5. Signa duodecim Cœlestia,

6. Com-

6. Compassus, seu pyxis Nautica.

7. Circulus verticalis seu Quadrans Meridianum.

* Mallet P. I. Lib. I. Cap. IV. p. 86. Favonius Lib. I. Integr. Cap. XX. p. 251. & p. 6. Lib. I. Tabernachi. Planiglob. p. 88.

9. Meridianus *M. L. Q. S. O.* est circulus maximus, immobilis & mutabilis, *meridianus* quoque dictus, eo, quod Sol, ad eum perveniens, medium *a.* diei artificialis, supra horizontem, atque infra eundem, noctis artificialis medium, constituat, transiens per polos mundi, & verticem sive Zenith cujusq; habitantis in eo, Sphæram dividens in hemisphærium *orientale & occidentale*, atq; diem in tempus *antemeridianum & pomeridianum*, cujus horas index *b.* Cycli horarii, monstrat, estque subjectum, in quo poli elevatio observatur, seu latitudo locorum.

a. Tempus Solare dividitur in dies, menses & annos,

Dies, qui subdividitur in horas, minuta & c. est vel naturalis vel artificialis.

Dies naturalis est una integra revolutio diurna seu quotidiana Solis, circa terram, quæ spatio 24. horarum absolvitur.

Dies artificialis est mora Solis supra horizontem, omni refractione ejus ablata, & nox artificialis, est mora Solis infra horizontem, abjecta quacunque luce crepera.

b. Cy-

oliqua
n EF.
a eun-
olique.
rallela
attol-
ne de-
uino-
; ipsi-

da sunt

us est,
emodi
s dein-
litur in
per mi-
in 60.
secun-
ata ter-

a cardi-
nirum,
nem.
æ sunt,
sent.
& Gre-

Com-

6. *Cyclus horarius*, XY. ex ære conflatus, alteri polerum affixus, atque, superiori suo plano, pro ratione diei naturalis, in 24. horas divisus est, & ita collocatus, ut in centro ejus axis mundi extremitas altera constituta sit, indicem cycli tenens, qui, cum globo simul circumvolvi, eoque quiescente, cuilibet horæ, nullo negotio, applicari potest.

10. *Æquator HI.* est circulus maximus, mobilis & immutabilis, æquinoctialis quoq; dictus, eo, quod duo *æquinoctialia* puncta in se contineat, (Vernum scil. quod in principio arietis est, atque à Sole 10. vel 11. Martii die st. v. circiter occupatur, & autumnale, quod in principio libræ, cui Sol circa 13. Sept. st. v. se applicare, atque ita bis in anno, diem nocti, per totum mundum, æqualem facere, solet;) Eosdem polos cum polis mundi habet, sphaeram dividit in hemisphærium *septentrionale* & *meridionale*, subjectum est, in quo observantur locorum longitudines, atque regula diei & noctis & a. primi mobilis mensura, ita ut quavis hora 15. gradus de eo supra horizontem ortivum ascendant, atq; infra occiduum, descendant totidem. Nautæ æquatorem vocant, *de linie*/ per excellentiam, unde phrasis:

de

De linie passerem / quando circulum *zodiaci*
transeunt in mari &c.

4. Revolutio æquatoris cum primi mobilis motu, uniformis est, velocissima præterea & regularis, ut 24. horarum spatio una circumvolutio sit absoluta, atq; 360. gr. tranferint: quod, si dividantur per 24. veniunt 15. qui unius horæ spatio ascendunt vel descendunt, ita singulis horæ minutis quaternis, gradus unus ascendit, ejusque quarta pars, singulis horæ minutis.

* *Tacq. Astron. Lib. I. Def. 10. p. 3. Schott. Curs. Lib. Astron. VII. cap. 10. p. 256. Alsted. Uranosc. c. 2. p. 176.*

II. *Zodiacus SW.* est circulus maximus, mobilis & immutabilis, latitudine præ reliquis gaudens, quæ ad 16. grad. se extendit, per medium ejus Ecliptica transit, atq; per mundi centrum, non vero per ejus polos, à quibus Zodiaci poli tantum distant, quanta hodie est Solis, ab æquatore, declinatio maxima, qua obliquitate temporum vices haut ingratas efficit: *Signifer* etiam dicitur, cum 12. signa duodecim cœlestia in eo sint constituta, duobus versibus ab Ausonio expressa:

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Sunt Aries,	Taurus,	Gemini,	Cancer,	Leo,	Virgo,
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Libraq;	Scorpi ⁹ ,	Arcitenens,	Capet,	Amphora,	Pisces.
				♊	♓
					♓

♊ Signa

Sigae hæc sunt 1. vel Septentrionalia vel Australia. 2. Vel ascendencia vel descendencia, 3. Vel Vernalia, Æstiva, Autumnalia & Hyemalia.

* Cluv. introd. cap. 3. p. 8. Alsted. Uranosc. c. 2. p. 177. Schulth. Synops. Lib. II. c. 1. p. 17.

12. *Colurus æquinoctiorum DE.* est circulus maximus, mobilis & immutabilis, transiens per duo puncta æquinoctialia, \vee & \cap principium, (de quibus supra prop. 10. actum est) & polos mundi, atq; Eclipticam dividens in partem *Septentrionalem* & *Australem*.

13. *Colurus Solstitorum, FKNIY.* est circulus maximus, mobilis & immutabilis, transiens per duo puncta Solstitialia, principium scil. \odot . G . & ♄ . S . (Principium \odot . dicitur punctum Solstitiale æstivum, ubi Sol diem efficit, in nostro hemisphærio, longissimam, noctem vero brevissimam: Principium ♄ . est Punctum Solstitiale hybernum, ubi diem brevissimam Sol efficit, & noctem longissimam.) Polos mundi, D . & E . atque Zodiaci, O . & R : Dividens Colurum æquinoctiorum, DE . & æquatorem, $H. I.$ bifariam, etiam Zodiacum $T. V.$ in partem *ascendentem* & *descendentem*.

* Schott.

* Schott. *Astron. El.* p. 239. *Heinlin. Astr.* p. 298.
Argol. Ephem. Lib. I. p. 34.

Sequuntur IV. Circuli non maximi.

14. *Tropicus Canceri, FG.* est circulus non maximus, mobilis & immutabilis, dividens Sphæram in duas partes inæquales; Æquatori parallelus est, & terminus motus Solis versus Septentrionem, tangit enim Eclipticam in principio ♄ . (quod punctum vocatur borealissimum:) Dicitur etiam *tropicus Septentrionalis & æstivus*, seu *solstitii altissimi* circulus.

15. *Tropicus Capricorni KL.* est circulus non maximus, mobilis & immutabilis, dividens spheram in duas partes inæquales; Æquatori parallelus est, & terminus motus Solis versus austrum, tangit enim Eclipticam in principio ♋ . (quod punctum dicitur maximè australe;) Vocatur etiam *Tropicus austrinus, brumalis*, seu *solstitii imi* circulus.

16. *Polaris arcticus OP.* est circulus non maximus, inobilis & immutabilis, circa Polum boreum D . à Zodiaci polo Septentrionali O . descriptus, eandem à Polis mundi D . & E . habens distantiam, quam Tropici FG . & KL . ab æquinoctiali HI . habent: dicitur quoque *Polaris boreus*.

17. Po-

el Au-
ntia, 3.
yema-

c. 2.

st cir-
tran-
V &
p. 10.
ticam
An-

. est
bilis,
rinci-
dici-
diem
mam,
b. est
n bre-
nam.)
O. &
DE.
Lodia-
escen-

Schott.

17. *Polaris antarcticus* QR , est circulus non maximus, mobilis & immutabilis, circa Polum austrinum E , à polo Zodiaci meridionali, R , descriptus, eandem à polis mundi D , & E , habens distantiam, quam Tropici, FG , & KL , ab æquinoctiali, HI , habent; Dicitur aliàs *Polaris Austrinus*.

* *Blav. Lib. I. c. 2 p. 12. Schott. Astron. El. P. I. p. 239. Mallet. Lib. I. p. 4. & p. 12.*

CAP. IV.

De distributione Regionum secundum Longitudinem & Latitudinem.

1. **L**ongitudo alicujus, in Terra, loci, O . est arcus, CE , æquatoris, CED , inter duos meridianos (a) primum ACG , & (b) Loci, AOG , interceptus.

[a] Alius Meridianus primus est, de quo pag. seq. Alii [b] Locorum Meridiani dantur, qui secundarii seu Vicarii audiunt, & vel per denos æquatoris gradus, descripti, vel per omnia terræ loca transire, concipiendi sunt; cum quælibet Civitas unum, plures quandoq; parva licet distantia, obtineat, quæ, Proclo teste, in mill: $37\frac{1}{2}$, vix sensibilis, ita, ut ultra $3'6$, in circulo maxi-

maximo se non extendat. Primus autem Meridianus à multis, pro lubitu, variis in locis, concipitur, ex quo mira diversitas, & maxima dissensio, in assignandis locorum longitudinibus, orta est: Alii enim in *Flandricas* eundem ponunt, Alii in *Fortunatas*. *Ptolemaeus* & *Marinus*, in *Cassiterides*, *Deorum* scil. & *Beatorum* Insulas; *Pitheas*, in *Thulen*, quam alii minus scite, *Islandiam*, alii autem verius, *Scetlandiam*, vocant: *Eratosthenes*, in *Herculis columnas*, [non quidem eas, quarum alteram, *Hersolt*/vel *Herhals*/ad sinum, *Holmiam* Suecorum & *Tielgam*, conjungentem, *Dn. Rudbeckius*, ponit; alteram vero ad fretum, quod Oceanum cum mari *Balthico* committit, *Kollen* vel *Kollberg*/ sive *Columnarium* montem, dictam, sed in] *Abyla*, ubi nunc *Ceuta*, sive *Zeuta*, & *Calpe*, *Africae* & *Hispaniae* promontoria, *Abilfedas*, *Arabum* Geographus celeberrimus, in *Gades*, quem tamen nationales secuti omnes non sunt, inter *Recentiores*, *Guilielmus Blaeu*, in *Novo Atlante* suo, *Teneriffam* pro termino assumpsit, tanquam *Canariarum* maximam, ditissimamque, & quidem montem in illa altissimum, *Pico de Teide*, dictum, quem retinuerunt, *Tacquet*, *Stevinus*, *Fr. de Wit*, in *Tabula sua Universali*, *Varenius*, *Belgae*, in *Navigationibus* suis, aliique. *Ricciolus* *Palmam*, *Canariarum* Occidentaliorem, pro termino agnovit. *Joannes Jansonius*, in *Globo* suo, quem anno 1648. edidit,

edidit, per Corvo & Flores eundem descripsit, cum aquila plane, ab Insula Corvo, actus magneticae sit declinatio observata.

* *Olav. Rudbeck. Atlantica sive Manheim. cap. VII. p. 230. seqq.*

2. Cognitis meridianorum differentiis, locorum longitudes facile conciliari possunt, Ex. gr. Urbis *Romæ* longitudinem, *Argolus* in *Ephem.* suis ponit esse 38. 30. *Ricciol.* in *Geograph.* sua 36. 18'. *Fr. de Wit* in *Tabula Terrestri maxima*, 31. 30. *Blavius* in *Globo Maximo* fere 31. gr. ponentes primum Meridianum in *Canarias*. In nostro, (*Fansonii*) *Globo*, ubi meridianus primus per *Corvo & Flores*, descriptus est, longitudo *Romæ*prehenditur esse, 47. 6. Quo meridiano orientior est, Meridianus *Argoli*, 8. 30. *Riccioli.* 10. 42'. *Fr. de Wit.* 15. 30' & *Blavii.* 16. gr. quæ differentiæ, si suis addantur longitudinibus, optima exinde cum *Fansonii* longitudine elicietur consonantia, quod si vero ex hac subtrahantur, correspondebit hæc (*Fansonii*) longitudo, cum superioribus.

Diffe.

Differentia Argoli Meridiana est: 8. 36.
 Quæ, si ejus addatur longitudini, quæ est: 38. 30.

Correspondebit cū Longitud. Jans. quæ est. 47. 0.
 Ex qua, si subtrahatur differentia Argoli. 8. 30.

Correspondebit ea cum longitud: Argoli. 38. 30.

3. *Latitudo* alicujus, in terra, loci, *G.* est arcus *HG.* meridiani, *EGF.* inter æquatorrem, *CB.* & locum datum, *G.* interceptus.

4. Estq; vel *Septentrionalis*, vel *Meridionalis*, illa in nostro, hæc in altero, observatur, hemisphærio.

5. *Latitudo Loci* semper est æqualis elevationi Poli.

6. Loca, quæ præcise sub æquinoctiali sita sunt, nullam plane habent latitudinem, vel poli elevationem, sed ambo poli in illorum horizonte jacent, & tum *sphæra* est *recta*, Loca sub polo habent latitudinem 90. gr. polus in vertice, & æquator in horizonte, & tum *sphæra* est *parallela*: Loca inter polum & æquatorem, latitudinem 90. gr. minorem habent, & tum *sphæra* est *obliqua*.

[a] Locus propositus in illo semper verticali puncto, quod undique æquidistanter ab horizonte abest, constitui vel concipi debet.

* *Tacquet*

* *Zacquet Astron. Lib. I. pag. 6.7. Argol. Ephem. Lib. I. cap. XIII. p. 38. Varen. Geogr. p. 299. & 406. Schulthes. Lib. III. p. 65. Mallet P. I. p. 18. 19.*

CAP. V.

*De Divisione Telluris in Zonas
& Climata.*

1. **A** motu Solis annuo divisio oritur super-
ficies Telluris, in (a) quinque par-
tes, quæ *Zona* vocantur, ut sunt: una *Torri-
da*, duæ *temperate* & duæ *frigida*.

2. *Zona torrida FL.* est ea terræ pars, quæ
inter duos Tropicos ☉. & ♋. comprehendi-
tur, atque ab æquinoctiali, à qua ultra citraq;
ad 23. gr. cum dimidio, expanditur, bifariam
secatur.

3. *Zona Temperata Septentrionalis OG.*
est ea terræ pars, quam nos incolimus, intra
tropicum ☉. & Polarem arcticum, compre-
hensa.

4. *Zona Temperata Australis LQ.* est ea
terræ pars, quæ intra tropicum ♋. & pola-
rem antarcticum, continetur; quælibet ha-
rum Zonarum ad 43. gr. expanditur.

5. *Zona frigida Septentrionalis XP.* est ea
terræ

terræ pars, quæ intra polarem arcticum continetur, cujus latitudo est 23. gr. 36.

6. *Zona frigida australis, QER.* quæ ant-
arctico comprehenditur, ejusdem cum frigi-
da Sept. est latitudinis.

[a] Alii 6. posuerunt *Zonas*, nec inconcinne,
Torridam in duas, Borealem scil. & Aus-
tralem, dividentes, ut *Polybius, Possidonius* & alii.
Lucretius duas tantum agnovit, *Martianus*
Capella, 10. quinque enarratas, bisecando.

7. Aliæ præterea dantur *Zonula*, globum
terrestrem ambientes, *climata* dictæ, quæ ab
æquatore, ejusque parallelis, (*Almincanta-*
rach voce Arabica dictis,) describuntur, qua-
rum à *Veteribus* 7. 8. 9. 10. 19. 23. 24. à *Recen-*
tioribus usq; ad annum 1659. 7. 9. 20. 24. 46.
numeratæ sunt. In *Tabula Fr. de Wit* Terre-
stri maxima, 9. borealia & 9. australia sunt
expressa.

8. *Clima*, ex *Cosmographorum* sententia,
nil aliud est, quam spatium superficie terre-
stris, duobus circulis, ab æquatore æque di-
stantibus, comprehensum, tanto quidem in-
tervallo, quanta est differentia (a) diei maxi-
mæ, semihoraria.

[a] Cum autem dies maxima, in *Zonis* frigidis,
non saltem ex luce perpetua constet horarum,
B sed

phem.
406.

onas

ur su-
ie par-
Torri-

, quæ
hendi-
citraq;
ifariam

is OG.

, intra
ompre-

. est ea
& pola-
ibet ha-

P. est ea
terræ

sed dierum, imo mensium, atque major proinde differentia, quam semihorulae, requiratur, uniuersalior à Recentioribus substituitur definitio: *Clima est spatium superficiei globi terraquei, binis circulis, Æquatori parallelis, comprehensum, tanto intervallo, quanta est notabilis differentia vel tempestatum, vel umbrarum meridianarum.* Non enim diei magnitudinem solum, sed & regionum temperiem, atque insignem physicarum, in anno, vicissitudinum, differentiam, respiciendam esse, Architecturae Princeps, *Vitruvius*, scite notavit, aliter, dicendo, ædificia instituenda esse in uno climate, in alio, aliter, & ita Medicinæ Architectum ignarum non esse oportere.

[b] Quemadmodum *Zona*, ad determinanda terraqueæ intervalla diversa, faciunt, ita *Climata* ad deprehendendam dierum & tempestatum, varietatem.

[c] Ab Æquatore, [qui mundi medium est, atque ubi dies artificialis 12. semper horis constat] *climata* numerantur, versus polum progrediendo, & cuilibet Clima addendo horæ semissem, i. e. 30. minuta seu scrupula prima; Quorum itaque Clima aliquod ab æquatore est, tot semihoris maxima ejus dies, diem æquinoctialis, horis 12. perpetuo constantem, superat.

[d] Ex his patet, quomodo *elevatio poli* haberi possit; Ubi enim dies est horarum 12. [sub æquatore scil.] ibi *elevatio poli* nulla, ubi horarum

rum 12. $\frac{1}{2}$. ibi elevatio poli, 8. 34'. ubi horarum 13. 15'. ibi elevatio poli est 20. gr. 33' &c.

9. In quolibet Climate sunt tres *paralleli*, quorum duo extremi ipsum Clima comprehendunt, ita, ut quadrantibus horæ distinguantur, cum climata semihoris à se invicem distent, tertius per medium Climatis transit, licet non præcisè & exactè, hinc spatia, inter parallelos contenta, sunt inæqualia, quæ tamen æqualia fieri possent, decem cuilibet Clima gradu tribuendo.

* *Blavius de Usu Globor. cap. 4. p. 20.*

[a] In distributione Climatum inæquali, quando semihoræ incremento crescunt, cujuscunq; loci *parallelus* invenitur: Ex. gr. Scire cupis, sub quo Parallelo *Gissa* sita sit. Subtrahe 1 horas 12. diei æquinoctialis ex horis diei maximæ *Gissensis*, quarum $16\frac{1}{4}$. numerantur, restabunt $4\frac{1}{4}$. multiplica per 4. [quia unus parallelus ab altero per quadrantem horæ distat,] habebis 17. unde concludes, *Gissam* esse circa 17. *parallelum*.

[b] Ad inveniendum *clima* eundem processum observa, multiplicando tamen horas non per 4. sed per 2. [climata enim sunt parallelorum combinationes] habebis $8\frac{2}{4}$. hor: Unde concludes, *Gissam* sub 8. circiter *climate* sitam esse.

10. Cognitio Climatum à Veteribus Constituta

or proin-
equiratur,
itur defi-
lobi terra-
lis, com-
est notabi-
mbrarum
agnitudi-
em, atque
icissitudi-
e, Archi-
tavit, ali-
esse in uno
næ Archi-

anda ter-
a *Climata*
pestatum,

m est. atq;
s constat]

m progre-
o horæ se-
ala prima]

æquator
s, diem æ-
nstantem,

poli haberi

2. [sub æ-
ubi hora-
rum

stitutorum requiritur potissimum ad intelligenda Veterum Geographorum, Astronomorum atque aliorum Mathem: scripta. Recentiorum Climatorum enarrationes in certas tabulas sunt redactæ, quarum unam hic subjunximus.

• *Blav: de Vsu Globorum, Cap. IV. p. m. 19. Ricciol. Geogr. Lib. VII. cap. 12. p. 289. Schulthes. lib. II. cap. 1. p. 32. Alsted. Admir. Cap. II. p. 270. Robert. Elud. Cosm. cap. IV. p. 535. Mallet. P. I. c. 1. p. 14*

CAP. VI.

*De varia Incolarum Terraque
habitudine, ratione situs &
umbrarum.*

1. **E**Xplicatis hætenus Circulis, Zonis, Climatibus & Parallelis, varia nunc Incolarum nomina, aliavé accidentia, quæ ex iisdem, pro ratione *situs & umbrarum*, sortiuntur, examinanda veniunt.

2. *Ratione situs* Incolæ distinguuntur in *Periæcos, Antæcos & Antipodes.*

3. *Periæci*, quasi circumaccolæ, sunt, qui sub eodem æquatoris parallelo & meridiano degunt, in diversis tamen meridiani semicirculis,

lorum. E. S.

Pa- tal-	Dies Longif-	Eleva- tio	Loca Septentrio-
-------------	-----------------	---------------	---------------------

1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31			
32			
33			
34			
35			
36			
37			
38			
39			
40			
41			
42			
43			
44			
45			
46			
47			
48			
49			
50			
51			
52			
53			
54			
55			
56			
57			
58			
59			
60			

intelli-
trono-
a. Re-
certas
ic sub-

19. Rio-
lib. II.
Robert,
p. 14

aque

Zonis,
a nunc
a, quæ
m, for-

ntur in

ant, qui
eridiano
semicir-
culis,

Tabula Climatum & Parallelorum. E. S.

Cli- ma- ta.	Pa- ral- lel ^o .	Dies Longif- simus.	Eleva- tio Poli.	Loca		Cli- ma- ta.	Pa- ral- lel ^o .	Dies Longif- simus.	Eleva- tio Poli.	Loca Septentrio- nalia.
				Borealia	Australia.					
0	0	12. H.	0. 0	Insula S. Thomaë, Summa- tra, Lacus America.	Insula S. Thomaë, Summa- tra, Lacus Guianæ in America.	14	28	19.	61. 18	Bergia Norw. & Orcades Ins.
	1	12. $\frac{1}{4}$	4. 18							
1	2	12. $\frac{1}{2}$	8. 34	Zeilan & Sarra Leona Africae.	Java Major & Qui- loa Africae.	15	30	19. $\frac{1}{2}$	62. 25	Viburgum Finlandiae.
	3	12. $\frac{3}{4}$	12. 43							
2	4	13.	16. 43	Meroë Ægypt: Tombuto. Afr:	Insula S. Helenæ, Lunæ montes.	16	32	20.	63. 22	Imaus mons Pr: Grönlandiae.
	5	13. $\frac{1}{4}$	20. 33							
3	6	13. $\frac{1}{2}$	24. 10	Syene prope Tropicum ☉.	Monomota: Af- sumption Brasil:	17	34	20. $\frac{1}{2}$	64. 6	Dalecarliæ fluvii Suec: Ostia.
	7	13. $\frac{3}{4}$	27. 36							
4	8	14.	30. 47	Alexandria & Fez.	Chili in America.	18	36	21.	64. 49	S. Nicolai in Russia.
	9	14. $\frac{1}{4}$	33. 45							
5	10	14. $\frac{1}{2}$	36. 30	Cyprus, Rhodus, Fretum Herculeum.	Rio de la Plata.	19	38	21. $\frac{1}{2}$	65. 21	Hecla, mons Islandiae.
	11	14. $\frac{3}{4}$	39. 2							
6	12	15.	41. 22	Hellepont ^o , Roma, Corsica, Cōpostella.	Chica Americæ.	20	40	22.	65. 47	Medium Maris Albi.
	13	15. $\frac{1}{4}$	43. 32							
7	14	15. $\frac{1}{2}$	45. 29	Venetiæ, Mediola- num, Lugdunum.	Baja de Nuestra Sennora.	21	42	22. $\frac{1}{2}$	66. 6	Obea Cast. ad fluv. Oby.
	15	15. $\frac{3}{4}$	47. 20							
8	16	16.	49. 1	Tartaria, Podolia, Norinberga.	Capo de 3. Montes.	22	44	23.	66. 20	Karella ad Mare Album.
	17	16. $\frac{1}{4}$	50. 33							
9	18	16. $\frac{1}{2}$	51. 58	Wittenberga & Londinum.	Capo de Victoria.	23	46	23. $\frac{1}{2}$	66. 28	Stega Norwegiæ & Med. Coreliæ.
	19	16. $\frac{3}{4}$	53. 17							
10	20	17.	54. 29	Rostochium, Hamburgum.	Fretum Magellanicum.	24	48	24.	66. 31	Islandiæ Medium Circ. Arctic.
	21	17. $\frac{1}{4}$	55. 34							
11	22	17. $\frac{1}{2}$	56. 37.	Moscovia, Hafnia & Ultonia.	Terra del Fuogo.	25	50	1	67. 15	Corelenberg. Fretum Naslov: Nova Zembla.
	23	17. $\frac{3}{4}$	57. 34							
12	24	18.	58. 26	Scagen, Pater noster, Bahus.	Terra Australis Incognita.	28	56	4	78. 20	Spitzberg. Pygmæorum Ins. Rupes Poli.
	25	18. $\frac{1}{4}$	59. 14							
13	26	18. $\frac{1}{2}$	59. 59	Holmia & Arosia Suecorum.		29	58	5	84. 0	
	27	18. $\frac{3}{4}$	60. 40							30

Tabella Commercii & Navigationis

Ordnung	Ort	Waren	Preis	Waren	Preis
1	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
2	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
3	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
4	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
5	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
6	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
7	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
8	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
9	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
10	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
11	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
12	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
13	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
14	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
15	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
16	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
17	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
18	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
19	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
20	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
21	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
22	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
23	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
24	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
25	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
26	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
27	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
28	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
29	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100
30	Amsterdam	Wollen	100	Wollen	100



Faint title or header at the top of the page.

<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>
<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>	<i>Faint text</i>

Faint text visible on the right edge of the page, likely from an adjacent page.

culis, 180. gr. inter se distantibus. Ut *AB.*
OS. GK.

4. *Antæci*, quasi *Contraccolæ*, sunt, qui
sub eodem semimeridiano degunt & antiparallelo, i. e. in diversis parallelis, uno nempe
in tantum boreali, in quantum alter est australis. Ut *AG. BK. &c.*

5. *Antipodes*, vel *Anticheones*, quasi *Contrapedes*, i. e. pedum plantis plantas contrapostas habentes, sunt, qui *Pericæci* sunt *Antæcis*, seu, qui habitant in punctis ejusdem meridiani, diametraliter sibi oppositis. *EF. HI. &c.*

6. *Ratione diversitatis Umbrarum* dividuntur in *Ascios*, *Amphiscios*, *Heteroscios* & *Periscios*.

7. *Ascii*, quasi *Nullumbres*, intra tropicos, in Zona torrida, habitantes, sunt, qui aliquando umbrâ meridianâ carent, quando scil. solem directè supra verticem habent.

8. *Amphiscii*, quasi *Utrimquumbres*, intra Zonam torridam, neque in ipsis tropicis, sed in æquatore præcisè habitantes, sunt, quorum umbræ corporum, sole in signis borealibus, constituto, in Austrum, in australibus vero eodem commorante, in Boream, tendunt.

9. *Heteroscii*, quasi *Alterutumbres*, in Zonis temperatis, (& frigidis qua partem, aut extra *Torridam* & *Polos*, ut nonnulli *Recentiores* volunt,) habitantes, sunt, quorum umbrae corporum meridianae versus unam semper plagam, atque Polum alterutrum, ipsis conspicuum, tendunt, *in Boream* scil. eorum, qui intra tropicum ☉. & polarem arcticum sunt constituti; Reliquorum vero, qui intra tropicum ♁. & antarcticum circulum habitant, *in Austrum*.

10. *Periseii*, quasi *Circumumbres*, in Zonis frigidis, praecipue sub polis habitantes, sunt, quorum umbrae Corporum, spatio 24. horarum, versus omnem mundi plagam, vertuntur in orbem.

* *Mallet P. I. lib. I. cap. I. pag. 20. 21. Schott. Lib. XII. cap. VI. p. 234. Ricciol. Geogr. Lib. I. cap. IV. p. 3. & Lib. III, Cap. XXI pag. 89.*

CAP. VII.

De Usu Globi & Map-
parum.

1. **G**lobum ad eundem, cum mundo, situm, componere.

Prax.

Prax. 1. Mensæ aut Tabulæ Globum Terrestrem impone, ita, ut superficies horizontis superior semper, cum horizonte vero, maneat parallela, 2. (a) Polum tot gradibus & minutis supra Horizontem erige, quor tui loci latitudo continet. 3. Globum converte, donec meridianus ejus cum vero congruat meridiano, idque vel (b) ope acus magneticæ, vel (c) alicujus meridianæ, in plano, descriptæ; Ita polus boreus septentrionem respiciet, & austrinus, meridiem, axis quoq; globi cum axi mundi conveniet, atque horizon materialis, cum horizonte vero, in omnibus partibus.

[a] *Poli elevatio semper est æqualis latitudini loci, per proposition. 5. Libr. I. c. IV. quæ invenitur 1. vel in Tabulis Elevationum Polorum vel Latitudinum, vel 2. ex observatione altitudinis Solis, quod fieri potest instrumento aliquo Astronomico, Semicirculo, Quadrante &c. Excipiendo (sed NB. Tempore Æquinoctii) Solis in Æquatore constituti, altitudinem meridianam, per pinnulas dioptræ, tum regula, per instrumentum, extensa, monstrabit gradum elevationis æquatoris, cujus complementum ad 90 gr dabit elevationem poli quæ sitam, ex. gr. Giessa dicto tempore altitudo Solis meridiana est 39. 36. quæ subtra-*

Et a 23. 90. gr. relinquit pro elevatione Poli
 Gies. 50. 30. Hoc observare quoque poteris,
 Tempore solstitii æstivi, maximam solis ab
 æquatore declinationem, 23. 30. subtrahendo,
 & tempore solstitii brumalis, 23. 30. addendo,
 imo, singulis diebus: Solis declinationem
 [quæ ex loco ipsius in Ecliptica, infra meridia-
 num ducto, in gradibus, meridiani, interceptis,
 habetur] ad diem observationis, si in australi-
 bus signis fuerit, addendo, si in septentrionali-
 bus, subtrahendo.

[b] *Pyxis Nautica* live acus magnetica imponitur
 lineæ, meridiano æneo correspondenti, vel in
 pedimento globi, depingendæ, vel in horizon-
 te materiali, descriptæ, globus deinde movetur
 in plano, donec acus magnetica, ejusque linea
 meridiana, in unam, cum meridiano æneo,
 plagam, exactè tendere deprehendatur, quæ
 tamen methodus lubrica est, cum acus magne-
 ticæ, à linea meridiana, deviatio, à multis ha-
 ctenus, variis in Terræ locis, observata sit,
 quæ Argentorati dicitur esse 7. graduum, No-
 rinbergæ . 5. 5'. quos varios experimentales
 modos, annis 77. 78. 79. & 80. circa solstitia
 & æquinoctia accuratissimè, Norinbergæ, in-
 stitutos, in schemate nuper exposuit, atq; Epi-
 stolam, simul, invitatoriam, ad instituendas,
 communi studio, ejusmodi observationes, orbi
 literario exhibuit, Dn. *Sturmius* in Noricorum
 Academia Prof. celeberrimus.

[c] *Linea meridiana in plano ita describitur.* 1. In
 mensa,

mensa, muro, aliove plano, $ABCD$. circuli describuntur, æqualis distantia, tres vel quatuor, $P. Q. R. S.$ ex uno centro $E.$ in que $z.$ Stylus, $EX.$ perpendiculariter erigitur, $z.$ Horis ante meridiem, duabus vel tribus, ut in figura $F. H.$ ex gr. $10.$ & $11.$ puncta umbræ, ab apice styli extremo, $X.$ in circulorum peripherias, projecta, notantur, item post meridiem, vide in figura apposita, $K. G.$ horis scil. $1.$ & $2.$ $4.$ Puncta horæ $10.$ & $2.$ vel horæ $11.$ & $1.$ junguntur rectâ, $FG.$ vel $HK.$ quam ex centro $E.$ alia linea recta, LO ad angulos rectos, $FWO.$ & $OWG.$ secabit, atque meridianam (quæ in figura $OL.$ est) exhibebit.

2. Mappas Geographicas, ad eundem, cum Mundo, situm, ponere.

Prax: Lineæ meridianæ in plano aliquo horizontali descriptæ; Mappæ lineam lateralem, (Meridianum) impone, vel huic, pyxidem accuratam nauticam.

3. Globum ad datum locum accommodare.

Praxis: Globo per prop. 1. disposito, ita, ut Polus arcticus septentrionem respiciat; Locum ipsum Meridiano applica, ita, ut in Zenith sit constitutus atque ab omnibus horizontis partibus distet $90.$ gr. Quod probe notandum. Eo ipso innotescet, 1. omnia illa

loca, quæ sub Meridiano, cum loco dato, constituta sunt, ejusdem esse longitudinis, 2. quomodo & versus quam plagam, hic vel ille locus, dato loco, adiaceat, & quo iter sit faciendum, ex. gr. *Gissam*, vel, cum non sit expressa, *Francofurtum*, Meridiano applica, (adornato polo ejus, cujus elevatio est 50. 0.) tum *Hamburgum* habebis versus septentrionem, *Genuam* versus meridiem, *Crasoviam* versus ortum & *Caletum*, vulgo *Calais*, versus occasum.

Applicato Verticali, *Alexandria* vel *Gran Cairo* erit in *Zund Dost ten Dosten* / *Vienna*, in *Dost ten Zuyden* / *Mexico* in *Nord West ten Westen*. *Palma*, *Canariarum Insula*, in *West Zund West*.

4. Loci alicujus Longitudinem invenire.

Praxis: In Globo loco exempli sume *Hamburgum*, *Viennam*, *Constantinop*; &c. 1. Meridiano ea loca applica 2. observa gradum æquatoris, latus meridiani orientale stringentem, accipies pro longitudine *Hamburg*: 44. 30. *Vienn*: 54. 30. *Constantinop*: 67. 0. In *Mappa*, si rectilinea est, loco dato applica regulam meridiano parallelam, nisi secundarius per eundem transeat meridianus, qui,

qui, vel regula æquatoris, parallelas secans, monstrabit gradus interceptos. Ex. gr. in Tabula rectilinea Germaniæ *Fr. de Wit. p. m.* 10. *Hamburgi* longitudo deprehenditur esse, 43. 33'. *Ulma* 44. gr. *Francofurti* ad *Oderam* 48. 55'. *Buda*, 54. 15'. In Curvilinea longitudo, quomodo inveniatur, peculiari atq; facili methodo demonstrare malumus, quam hic describere, ne magnus, ut fieri aliàs solet, committatur error.

5. Loci alicujus latitudinem invenire.

Praxis: In Globo sume iterum exempli loco *Hamb: Viennam & Constantinopolim*, atq; meridiano applica, ad observandos, in eo, gradus, ab æquatore & locis datis, interceptos, eo ipso deprehendes, esse latitudinem *Hamb:* 53. & 10. circiter, *Vienn.* 48. 30. & *Constant.* 42. 0.

In *Mappis* eadem Methodus, quæ prop: præcedenti descripta est, observanda venit, modo regula æquatori sit parallela, & gradus, ab ipsis intercepti, numerentur in meridianis. In *Tab. Fr. de Wit. Belgii Fœderati.* p. m. 32. latitudo *Amstelodami* est 52. 29'. *Lugduni.* 52. 18'. *Roterodami.* 52. 1'.

6. Distantiam locorum invenire.

B 6

Praxis:

Praxis: In Globis, datorum locorum distantiam, *circino*, vel, quod præstat, *filo*, accipe, eamque *Æquatori applica*, vel *verticalem applica* datis locis, invenies gradus interceptos, & habebis distantiam quæsitam si per 15, multiplicaveris, in *milliar: Germanicis*, si per 60, in *Italicis* vel *Anglicis* &c. In nostro Globo *Frankofurtum* distat *Hamburgo* 3. 15'. ergo *milliar: germ:* 52½. & *Anglicis* 210. *Cracovia* 7½, ó. ergo *milliar: germ:* 112½. & *Anglicis* 450. *Holmiã Suecorum* 12, ó. ergo *mill: germ:* 180. *Angl.* 720.

In Mappis universalibus, distantia accurate inveniri nequit: *in particularibus* vero, ubi *scalæ appositæ* sunt, *circino*, duorum locorum intervallum, *fume*, & *scalæ applica*, in *Tab. Fr. de Wu. Belgii Fœd. p. m 32. Amstelodamum* distat *Lugdunomill: germ.* 5. & *Anglicis* 20. *Lugdunum, Hagã Comitum* 2½. *mill: germ: & 10. Anglicis. Ultrajectum, Lugduno.* *milliar: germ:* 6½, & 27. fere *mill: Angl. sive Italicis.*

Prop. 7. Locum Solis in *Ecliptica*, quolibet anni tempore, indagare.

Praxis: Scire quando cupis, quem Sol occupet Zodiaci gradum, in Ecliptica die 15. *Majis*

Maji. Quære 1. in Ligneo Horizonte diem propositam, 2. observa gradum appositum, invenies 25. gr. 8. 3. eundem quære in Ecliptica, habebis verum Solis locum, ad diem propositam; Memor saltem, in anno bissextili, post 28. Febr. diem semper sequentem, sumendum esse, accuratius tamen invenitur in Ephemeridibus.

Prop. 8. In quo horizontis tractu, Sol, aut reliqua sidera, ascendant, descendantque, explorare.

Praxis. Globo per prop. 1. & 3. disposito, 1. Locum solis horizonti applica, atque gradum in eo respondentem observa, Ex. gr. die $\frac{1}{2} \frac{4}{4}$. Decemb. Solem, in 4. gr. ♄. constitutum, *Gissa* oriri deprehendo in *Zund Ost*; (& ita quoque cum stellis res se habet.) & occidere in *Zunt West ten Westen*.

Prop. 9. Horam ortus & occasus, in quolibet loco, quolibet anni die, explorare.

Praxis. Ex. gr. scire cupis, quando *Gissa* oriatur Sol $\frac{1}{2} \frac{5}{5}$. Augusti, (1.) Locum Solis (adornato prius Globo per prop. 1. & 3.) per prop. 7. inventum, quæ ea die in 3. gr. ♃. est, meridiano adjunge, & indicem cycli, horæ 12. (2.) globum converte, ut locus Solis horizon-

rizon-

rizontem stringat ortivum, tum index monstrabit horam ortus 5. eodem modo monstrabit horam occasus, 7. horizontem occiduum sole stringente: Sic *Holmia Suecorum*, cujus latitudo, in nostro globo, est 61. 0. (in Tabula *Olavi Rudbekii*, *Atlanticae*, 59. & 22'. ferè, *Ricciolus*. 59. 20. ponit) $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$. Dec. Solem, in 3. gr. 7. constitutum, oriri deprehendimus $\frac{1}{2}$. ante 10. & occidere, $\frac{1}{2}$. post secundam: *Accuratius* tempus hoc invenitur, observando gradus æquatoris, meridianum transeuntes, eosque in horas convertendo.

Prop. 10. Longitudinem dierum & noctium, omni tempore & loco, cognoscere.

Praxis: Clarum hoc est ex prop. antecedente: Ex. gr. *Gissa* oritur Sol $\frac{1}{2}\frac{5}{5}$. Augusti, horâ 5. occidit verò hora 7. Horas pomeridianas, quarum sunt 7. adde antemeridianis, quarum quoque 7. habebis 14. pro longitudine diei artificialis, vide A. quas, si ex 24. diei naturalis, horis, subtraxeris, residuæ erunt horæ 10. pro longitudine noctis artificialis vide B.

EXEMPL.

EXEMPL. I.

Hor.

- A {
- 7. tempus ab ortu ad meridiem.
 - 7. tempus à meridie ad occasum.
-
14. Longitudo diei artificialis. *Giss.*
 $\frac{1}{2} \frac{5}{5}$. August.
- B {
- 24. Longitudo diei naturalis.
 - 14. Longitudo diei artificialis.
-
10. Longitudo noctis artificialis. *Giss.*
 $\frac{1}{2} \frac{3}{3}$. August.

EXEMPL. II.

Holmia Suecorum oritur Sol $\frac{1}{2} \frac{3}{3}$. Sept.
 $\frac{1}{2}$. ante 10. & occidit $\frac{1}{2}$. post 2.

- C {
- $2 \frac{1}{2}$. tempus ab ortu ad meridiem.
 - $2 \frac{1}{2}$. tempus à meridie ad occasum.
-
5. Longitudo diei artificialis, *Holmie Suecorum*, scil. $\frac{1}{2} \frac{3}{3}$. Decemb.
- D {
- 24. Longitudo diei naturalis.
 - 5. Longitudo diei artificialis.
-
19. Longitudo noctis artificialis.
Holm, $\frac{1}{2} \frac{3}{3}$. Decemb.

Aliter:

Aliter: Locum Solis adijunge horizonti ortivo, & indicem horæ 12. ad Septentrionem, converſoque globo, ex oriente, in occidentem, donec ſolis locus horizontem ſtringat occiduum, index monſtrabit numerum horarum diei artificialis, in exemplo 1. monſtrabit, poſt 12. ſecundam, numeram horas ab indice, à hora 12ma, ad 2dam, conſectas, invenies 14 pro longit: diei $2\frac{5}{5}$. Aug: ut ſupra in A. Eodem modo invenies horas noctis, Locum ſolis horizonti occiduo applica, indicem horæ 12. ad aſtrum: Deinde converte globum ex Or: in Occ: uſq; dum Locus ſolis horizontem ortivum pulſet, & numeram horas ab indice conſectas, habebis 10. pro longitudine noct: artif: uti ſupra in B.

Prop. 11. Initium ac finem crepuſculorum, ad omnia loca & tempora explorare.

Praxis: Ut cognoſcas, quando crepuſculum matutinum, *Dreſda*, ex. gr. in Saxonia $1\frac{4}{4}$. Octobris die, initium ſuum ſumat, & quo tempore veſperinum deſinat. 1. Polum boreum in Globo accommoda, elevationi Dreſdenſi (quæ ſecundum Ricciol: eſt 51. 5'. ſecundum Hecker. 51. '6.) & locum ſolis nota, qui dato die, in 22. gr. \approx eſt, etiam gradum, loco
ſolis

solis diametraliter oppositum, qui est 22. \vee .
 atque illum meridiano adijunge, 2. indicem in
 12. ad Septentr: pone, 3. globum in orientem
 converte, donec gradus eclipticæ, qui est 22.
 \vee . supra horizontem occiduum, applicato
 circulo verticali, ad 18. gradus, sit elevatus, eo
 ipso locus solis 18. gr. infra horizontem orti-
 vum erit depressus, & tum index ostendet ho-
 ram 5. matutinam, pro initio diluculi sive cre-
 pusculi matutini. Ita quoq; pro inveniendò
 tempore, quo crepusculum desinit vesperti-
 num, gradum \vee . 22. supra horizontem orti-
 vum, (verticali applicato,) ad 18. gr. eleva,
 illicò index monstrabit horam 7. post meri-
 diem, quo tempore, Sol, cum omni suo splen-
 dore, recessit, & tenebræ per totum aërem
 sunt diffusæ.

Prop. 12. Quænam hora in aliis locis sit,
 quo vis tempore, inquirere.

Praxis. Locum habitationis tuæ junge
 meridiano, & indicem horæ 12. applica, glo-
 bum deinde converte, donec alter locus sub-
 stet meridiano, tum index ostendet quæsitum,
 ex. gr: Scire si cupis, quota sit hora in Civi-
 tate *Bantam*, in insula *Java*, Indiæ Orientalis,
 sita, cum *Gissa* est 12. *Gissam* Meridiano ap-
 plica,

plica, & indicem horarium horæ 12. globum deinde converte, donec Bantam meridianum stringat, ostendet index horam 6. scrupul. 50. post meridiem, ergo 7. ferè horæ isto momento à meridie effluxerunt in Bantam. Scire vis quæta sit hora *Madridi*, quando *Darmstadii* est hora pomeridiana prima. *Darmstadium* meridiano applica, & indicem horæ pomeridianæ primæ, Globum deinde converte, ut *Madridum* meridiano substat, deprehendes, circa hor. 12. ibi esse. Sol motum suum diurnum, circa terram, absolvit spatio 24. horarum: (a) id est una die naturali ex quo patet. 1. Omnes illos, qui sub eodem meridiano degunt, Sole in eo versante, medium habere diem, & qui in adverso hemisphærio habitant, mediam noctem: ut, Quando in *California* media dies est, tum in *Arabia felici* est media nox & vice versa. 2. Apud eos, qui à nobis 90. gr. longitudinis, versus ortum, habitant, meridiem esse, quando aliis, sub eodem, nobiscum, habitantibus, meridiano, est hora 6. matutina: ut, quando in *India extragangero*, meridies est, tum *Gisse*, *Wetzflaria*, *Namurci*, &c. est circa 6. matutinam. 3. Iis vero, qui 90. gr. æquatoris

occi-

occidentales sunt, meridiem esse, quando aliis, ad eandem, in ortum, distantiam, sit 6. vespertina; ut: Quando in *Insulis Jamaica, & Cuba*, meridies est, tum *Coloniae, Trajecti Mosæ, (vulgo Mastricht.) Lavanii, Bruxellis &c.* est circa 6. vespertinam &c.

(a) Proficiscentibus versus orientem, brevior dies est, quam 24. horarum, iis contra, qui versus occidentem, recto tramite, iter suum institunt, longior dies est, quam 24. horarum: Rationes in promptu sunt, atque sciscitanti manifestabuntur nullo negotio. Expertus hoc est *Guilielmus Cornelius Schoutenius, Hornanus*, qui postquam duobus annis & 18. diebus totum *Terrarum Orbem* (ex Oriente in Occidentem) circum navigasset, jacturam diei unius fecit. Ut ipse testatur verbis seq: *Hæc acta sunt die Luna, Calendis Novembris, nostro calculo, at secundo die, juxta calculum nostratum: Causa hæc differentia: Cum à Patria navigassemus in occidentem, & comite Sole, semel totum Terrarum Orbem obambulaveramus, una nox, aut solis occasus unus deerat nobis, qui ipsis restabat, & illis, qui ab occidente in orientem navigarant, supererat unus dies, aut solis occasus unus, qui nobis deerat, ita differabamus ab illis totum diem civilem, intermisso itaque calculo nostro, securi sumus computationem popularium nostrorum, fecimusq; ja-*
cturam

*Suram diei martis; cum hebdomas esset 6. die-
rum, transfiliendo à die Luna in diem Mercu-
rii &c.*

* *Schoutenii Diarium. p. m. 69.*

(b) Hinc ænigma solvi facile potest, qui fieri pos-
sit, geminos fratres, simul natos, atque simul
mortuos, vitæ dies habuisse inæquales, ita, ut
alter plures eorum numeraverit altero; id
quod asserere non est adynaton, licet olim res
magnæ fuerit admirationis.

Prop. 13. *Antæcos, Periæcos, & Antipodes
invenire.*

Praxis. In Globo, 1. Loco habitationis,
ad meridianum, ducto, globum fac stare im-
mobilem, 2. tot, in meridiano, numera gra-
dus, ab æquatore in austrum, quot intra æ-
quatorem & locum habitationis continentur,
& habebis locum tuorum *Antæcorum*, 3.
Converte globum in orientem vel occiden-
tem; donec 180. gr. æquatoris transierint
meridianum, (id quod in Cyclo horario ob-
servari quoque potest,) eumque 4. iterum
firma, habebis locum tuorum *Periæcorum*,
sub ea meridiani parte, sub qua tuæ habitatio-
nis locus stabat antea; 5. Globo ita disposito
locus quoque *Antipodum* innotescit, sub ea
scil. meridiani parte, ubi antea erant Antæci.

Antæcos

Antæcos vide in terra alta Monomotapæ, & in Alexandria Ægypti, item in Capite Bonæ Spei, & Morea: *Periæcos* in Insulis Cabo Verde, quæ & Gorgades vel Hesperides dicuntur & Insulis de Las Velas. (vulgo Diebs Insuln.) *Antipodes* in Pernambuco, Brasiliæ Civitate, & Insula Matan, Insularum de Las Velas.

In Mappa sive Tabula Terrarum Orbis, Nic. Vischeri, p. m. i. *Antæci*, in Japonia, & Antonii van Diemens Land; item in Nanking, Chinæ provincia, & in t^e Land van Pieter Nuyss &c. *Periæci*, in Insulis de Las Velas, & Capitis Viridis, item in Corvo & Japonia. *Antipodes* in Globis accuratius, quàm in mappis observantur.

* Schott. Lib. XII. cap. VI. p. 324. Ricciol. Lib. I. Geogr. cap. IV. p. 3. Blav. de Vsu Glob. cap. IV. p. m. 18. Heinlin. Synops. Par: I. Geogr. cap. XVII. p. m. 669. Gassend. Instit. Astron. cap. XVII. p. 37. &c.

LIBER:

. die
ercu-
ri pos-
simul
ita, ut
; id
lim res
ipodes
ionis,
re im-
a gra-
tra æ-
entur,
m, 3.
ciden-
suerint
cio ob-
iterum
corum,
oitatio-
sposito
sub ea
Antæci.
Antæcos



LIBER II.

EXHIBENS GEOGRAPHIÆ SPECIALIA, CUJUS

PARS I.
HYDROGRAPHIAM PROPONIT.

CAP. I.

*De Aqua, ejusque variis differ-
rentiis, Maribus, Sinubus &
Fretis.*

1. **P**Ræmissâ, Geographiæ Generalis, ex-
plicatione, nunc specialis sequitur, ea-
que vel *Hydrographia* vel *Geographia* strictè
& pressè, sic dicta.

2. Quemadmodum *Geographia*, Terræ,
mare includentis, descriptio est, ita *Hydrogra-
phia* est aquæ, terram cingentis, dimensio &
explanatio.

3. *Mare* (a) Continuo tractu, Terram
universam, Zonæ instar, ambiens, maxima &
immanis est aquarum Salsarum Vastitas.

4. Differentia maris, à terra orta, triplex
est:

est; Hinc *Mare* dicitur 1. *Vastum*, 2. *Sinuosum*, 3. *Fretum*.

5. *Mare Vastum* dicitur Oceanus, Pelagus, altum maris, die offenbahre See. Sæpe etiam hic vel ille maris districtus, Oceanus, audit, à regione, quam alluit, nomen accipiens: ut: *Oceanus Germanicus*, *Indicus*, *Chinensis*.

6. *Sinus* est maris vel Oceani quædam, pars, atque insinuatio, curvo litore intercepta; *Majores* sinus notantur vocabulo Italico, *Golfo*, ut *Golfo di Venetia*, *Golfo di Taranta* &c. *Minores*, voce Hispanica *Baya*, & Belgica *Bay*, in quibus naves à tempestatibus propulsæ, securitate fruuntur, in Tabulis exprimuntur per literas initiales, G. & B. *Hudsons Bay*. *Buttons Bay*. *Bassins Bay*. &c.

7. *Fretum* est angustum maris brachium, inter duas terras contentum, per quod ex uno mari in alterum navigatur, *Bosphorus*, Græcis dictum, eo quod bos natando superare possit, ut sunt: *Fretum Davis*, *Bosphorus Cimærius*, *Thracicus* &c. Italis, *Stretto*, Hispanis *Estrecho*, ut *Estrecho de Gibraltar* &c. Batavis, eine Engde / ein Canal. Ita *fretum Herculeum* sæpissime de *Straet* appellatur, unde *Naves*, de *Straets* *Baerder* / dictæ.

(a) Continuum illum maris sive Oceani tractum Veteres in dubium nunquam vocarunt, usque dum America detecta fuit, cum terra Septentrionali & Australi, ubi pleriq; in ea fuere opinione, [id quod vero absimile haut erat,] Terram scil. Australem cum America meridionali conjunctam esse, uti Septentrionalis America, [id quod ex hodiernis Geographis multi, cum *Fineo, Vopellio, &* aliis, defendunt, sed perpetam,] cum Groenlandia; Navigationes quippe contrarium evincunt, quibus sæpius feliciter institutis, *illud dubium*, de connexionem Americæ & Terræ Australis, sustulit *Magellanes* circa annum 1520. Hoc vero, de Americæ Sept. cum Groenlandia, tractu continuo [postquam hæc ab *Erico Rufo*, anno 982. fuerat detecta, & à *Norvegis*, postea, atque *Danis, nautisq;* multis, *Bassinio, Forbisherio, Munchio,* aliisque, iustrata,] *Ditmarus Bleskenius*, anno 1563. & alii.

(b) In Tabula Universali vel Globo circumductus Ocean. observari facile potest, Initium faciendo sub polo boreo, prope fretum *Davis*, ubi Mare est *Hyperboreum, Glaciale, Caledonium & Groenlandia*, & ita descendendo, inter Europæ & Americæ litora, ubi est *Oceanus Britannicus, Danicus*, [cui, Sinum facienti, *Codanus* jungitur,] *Germanicus, Gallicus, Hispanicus*, [ubi mare mediterraneum præbet,] *Atlanticus* in specie dictus: Inter Brasiliam & Africæ litora Mare est *Æthiopicum*, atq; versus

ORITUR.

ortum, *Mare di India, Oceanus Chinenfis, Tar-*
taricus; Ex altera parte infra Groenlandiam
 est *Mar del Nort* vel *Mexicanum* [quod cum
 Æthiopico Fretum Magellanicum ingreditur]
Mare Pacificum, [Americæ Meridionalis litora
 occidentalia, Chili & Peru, appelleus,] *Mar*
del Zur, [stringens Americæ Septentrionalis
 terras, Popayam, Honduras, Novam Hispa-
 niam, Californiam &c.] quod tandem ad *fretum*
Davis protenditur, à quo superius initium
 factum est.

[c] Oceani nomina varia, alio ordine disposita:

Atlanticus, *Mer Atlantique*,
 Hesperius, *Mer de Guinee*,
 Æthiopicus, *Mer d' Eriopie*,
 Barbaricus, *Mer de Zanguebar*,
 Arabicus, *Mer d' Arabie*,
 Persicus, *Mer de Perse*,
 Indicus, *Mer des Indes*,
 Eöus, *Ocean Oriental*,
 Sericus, *Mer de Jedzo*,
 Scythicus, *Mer de Tartarie*,
 Sarmaticus, *Mer de Moscovie*,
 Hyperboreus, *Mer de Petzora*,
 Septentrionalis, *Ocean Septentrional*,
 Glacialis, *Mer Glaciale*,
 Cronius, *idem ac Glacialis*,
 Germanicus, *Mer d' Allemagne*,
 Caledonius, *Mer d' Escosse*,
 Virginus, *Hybernicus, Mer d' Irlande*,
 Britannicus, *Le Manche*,

C

Galli-

Gallicus, *Mer de France*,
 Aquitanicus, *Mer de Gascogne*,
 Cantabricus, *Mer de Biscaye*,
 Occiduus, *Ocean Occidental*,
 inde Atlanticus, à quo inchoatum est.

8. Huc referuntur reliquæ aquarum species, *Lacus, Stagna, Paludes, Fluvii, Rivi*, (hi voce Hispanicâ *Rio* designantur, etiam literis. *R. Ri. F. Fl.*) *Confluentes*, (inde *Coblentz*.) *fluviorum brachia vel Rivuli, Fontes, Putei, Piscine, Cisterna, Fossæ*: Alii addunt, *aquas minerales, thermas, Acidulas &c.*

* *Strauss. Phys. Part. Spec. Cap. IV. pag. 114. & Autor: ibi citat: Varen. Geogr. General. Cap. XVII. p. 188. Schulthes. Lib. I. Geogr. Spec. c. 1. & 2. p. 118. Cluv. Lib. I. Cap. X. XI. XII. &c. pag. 39. Mallet. Beschreib. des ganken Weltkreyses. Part. I. Lib. II. Cap. IV. p. 102. seqq.*

TABULA MARIS.

9. Tellus dividitur in Terras & Aquam.
 Aqua, in Fluvios, Lacus, Paludes & Mare Continuum.

Maris sunt tres differentiaë sequentes:

I. OCEANUS.

Cujus partes primariae sunt quatuor:

1. *Oceanus Atlanticus*, vel *Mar del Nort*, cum *Æthiopico*, *Europam & Africam*, ab
 uno

uno latere, & ab altero, Americam, alluens, varia sortitur nomina, secundum partes adjacentes, ut Oceanus Britannicus, Gallicus, Germanicus &c.

2. *Mare Pacificum*, vel Mar del Zur, inter Asiæ extrema, Indicasque Insulas, & Americam Occidentalem conspicitur.

3. *Mare Septentrionale*, circa terram Septentrionalem, Oceanus dicitur Glacialis, Tartaricus, Hyperboreus, &c.

4. *Mare Australe*, circa Magellanicam, cujus pars, mare Indicum.

II. SINUS.

Qui I, vel *Oblongi*, vel II, *Lati* sive *biantes*.

I. *Oblongi* VI. 1. *Mare Mediterraneum seu Internum*, inter Europæ regiones, & Africam, ad Asiam minorem, decurrens, cujus partes sunt: *Mare Ibericum, Ligusticum, Siculum, Creticum, Ionicum* &c. *Sinus secundarii multi: Adriaticus, Corinthiacus, Golfo di Venetia, Pontus Euxinus, &c.*

2. *Mare Balticum, sive Sinus Codanus*. Unde *Sinus secundarii: Livonicus, Botnicus, Finnicus, Dantiscanus.*

C 2

3. *Sinus*

m spe-
ivi, (hi
literis.
blentz.)
Putei,
, aquas

114. G.
b. XVII.
2. p. 118.
Mallet.
Lib. II.

m.
& Mare
es:

el Nort,
am, ab
uno

3. *Sinus Arabicus*, inter Africam & Arabiam.

4. *Sinus Persicus*, inter Arabiam & Persiam.

5. *Sinus Californiae*, inter Californiam & Novam Granadam.

6. *Sinus Corcensis*, inter Coream & ultima Tartariae, Chinaeque Litora.

II. *Lati sen hiantes VII.* 1. *Sinus Mexicanus*, inter Americam Meridionalem & Septentrionalem.

2. *Sinus Gangeticus*, sive *Golfo di Bengala*, inter Indostanis & Malaccæ Litora.

3. *Sinus inter Malaccam & Cambojam.*

4. *Mare album*, à Septentrionali Oceano inter Lappiam, & Moscoviæ extrema.

5. *Mare Lanchidol*, inter Beach & Novam Guineam, Terræ Magellanicae.

6. *Alius Sinus*, huic vicinus, ad Terram Antonii à Diemen.

7. *Mare Hudsonii*, inter novam Franciam & Canadam, ex Septentrionali Oceano ortum, quod fretum male à nonnullis dictum fuit.

III. FRETA.

1. *Magellanicum*, omnium fretorum longissimum.

2. *Le*

2. *Le Maire*, Magellanico vicinum.
3. *Waigatz*, quo ex Septentrionali Oceano in Tartaricum itur.
4. *Anian*, quo ex Tartarico in pacificum, sed hodie illud negant.
5. *Davis & Forbischers*, quibus ex Atlantico in Tartaricum vel Pacificum Oceanum, pervenitur.
6. *Nova Zembla*, quo ex Hyperboreo & Glaciali Oceano in Tartaricum via esset, nisi Glacies obstaret.
7. *Gaditanum*, quo ex Oceano Atlantico, in Mare Mediterraneum, via est.
8. *Danicum*, der *Sund*/ quo ex Atlantico in mare Balt: via est.
9. *Fauces maris Arabici*, quibus in Sinum Arabicum navigatur.
10. *Fauces Persici maris*, quibus in Persicum.
11. *Hellepontus*.
12. *Bosphorus Thracicus*.
13. *Bosphorus Cimmerius*, quo ex mari nigro in Paludem Mœot: navigatur.
14. *Siculum*.
15. *Manilha*, inter Luconiam & Mindanao.

& Ara-
Persiam.
niam &
ultima
Mexica-
& Se-
Bengala,
ojam.
Oceano
a.
& No-
Terram
Franciam
eano or-
s dictum
rum lon-
2. Le

Plurima freta alia sunt inter Insulas Indicas.

Caspium mare Antiquitas longum fretum esse credidit, Posteritas totius terrarum orbis lacum, in mediterraneis, maximum, & undique ab æquoribus remotum; Recentiores lacui simile, nisi, quod falsum sit, & adhuc incertum, an ad latos oceani Sinus, quo cum subterranea via cohæreat, referendum sit, nec ne.

* *Morison: Orb: Maritim Lib. I. c. 47. pag. 304. Heinlin, Synops. Tabul. Maris. p. 709.*

CAP. II.

De Terra, ejusq; variis differentiis, Continentibus, Insulis, Peninsulis, Isthmis, Promontoriis, &c.

1. **P**erlustrata liquida Telluris parte, quæ aqua est, nunc sicca quoque sive Terra, ejusque partes à natura factæ, examinandæ sunt; quibus *atmosphæram* alii adjungunt, corpus scil. subtile, tellurem cingens, atque aërem, nubes, pluvias &c. complectens.

2. Terræ superficies, aquis exstantes, variæ sunt, atque vel *principales*, vel *minus principales*.

3. *Prin-*

3. *Principalis* superficies seu terræ pars, *Continens* dicitur maxima, quæ in longum & latum continuata est, ut *Europa, Asia, Africa, America*, quarum tres priores ad Terram veterem referuntur, America vero, ut & terra Borealis & Australis ad novam.

4. *Minus principales* Terræ superficies si-
ve partes sunt: *Insula, Peninsula, Isthmus,*
Promontorium, &c.

5. *Insula* est terra, undique aquis circum-
data, iisque, à terra continenti, separata, ut:
Candia, Sicilia, Borneo. In mappis notatur li-
tera I. vel nomine Hispanico, *Isla*. vel Galli-
co, *Isle*. Germanico, *Eyland*/Suecio, *Holm*/
&c. Huic opponitur *Epirus*, Terra, nullis
aquis disjuncta.

6. *Peninsula*, quæ *Chersonesus* quoque di-
citur, est Terra, quam maxima ex parte mare
alluit, ut: *Hispania, Suecia*.

7. *Isthmus* est angustum terræ spatium,
inter duo maria coarctatum, quo, ceu penin-
sulæ collo, corpus terræ continenti annecti-
tur, ut: *Corinthiacus*, mediante quo Pello-
ponnesus, (penins:) cum Achaja connecti-
tur; *Judaicus*, Africam cum Asia jungens.

8. *Promontorium* est terræ, in mare excur-
rentis,

las Indi-
fretum
m orbis
& undi-
tiores la-
dhuc in-
quo cum
dum sit,

pag. 304.

fferen-
insulis,

te, quæ
e Terra,
minandæ
ungunt,
s, atque
ens.
res, variæ
us princi-
3. Prin-

rentis, proëminentia, quæ *caput* quoque dicitur, Hispanis, *Cabo*, nonnunquam, *Punta*. Italis, *Capo*. Batavis *Cap*. in Tabulis per litteram *C*. exprimitur. ut *C. Horn*. *C. Desirade*. *C. Corso*. Ejuscemodi Terræ partes quoque dicuntur *Meer*, *Küsten*. in lata significatione.

9. His jungi possunt: Pulvini Maris, Scopuli, &c. (a) *Pulvini maris, scamna, sive vada* & *Syrtes*, ex nimia arenarum copia atque super infusione, oriuntur. In mappis, Hispanicis signantur vocabulis: *Baixos*, *Baxos*, vel, *Bancos*. Germ: *Sandbäncke*. Ut in Mari di India, prope Maldivas: *Baixos de Padua*, *Baixos dos Peros dos Bancos*. In Sinu Barbarico: *Baixos do Patram*, *Baixos de India*. E regione Americæ Sept: de groote *Banck*: &c.

10. *Scopuli maris*, (b) *abrolhos* dicti, Rupes sunt, quarum nonnullæ supra superficiem Oceani eminent, ut: *Ovo duro*, das harte *En*/ à latere Occidentali Candiaë, der *Münch*/ in Oceano Deucaledoneo, juxta Ins: *Fare*, der *König* / vel, die *Schwedische Jungfer*/ in mari Baltico, prope Oelandiam. *Scylla* in freto de Messina, unde proverb: *Incidit in Scyllam, qui vult*: Alii infra latitant, & vulgo: die blinde *Klippen* / audiunt, quarum
magna

magna in mari Baltico, Sinu Grandvico, & aliis Oceani partibus, copia, ex eo vero cognoscuntur; quod impetentes maris fluctus, in altum, quasi per fistulam, exiliant.

[a] In Tabulis Nauticis, Hydrographicis vel Marinis [Paf-Charte/ See-Charte] Pulvini vel Scamna, notantur punctis, confertim positis, & [b] Scopuli, crebris cruciculis.

* Cluver: Lib. I. p. 58. Varen. Lib. I. p. 49. Mall. de grote Band. Part. I. p. 112. Olaus Magnus, Lib. II. p. 48. & 69. Straufs. Phys. Part. Spec. Cap. V. p. 125.

TABULA TELLURIS.

- II. Tellus dividitur in Aquam, de qua Cap. præcedente I. actum est, & Terram, eamq; vel aquis rectam vel extantem. Terræ extantis, per maris interfluxum, distinctæ, partes sunt IV.

I. CONTINENTES MAGNÆ,

Sive maximæ Insulæ, quarum hodie numerantur 4.

1. Orbis Vetus, cujus partes sunt *Europa, Asia & Africa*, 2. Orbis Novus, seu *America*. 3. *Terra Polaris Septentrionalis* sive *Groenlandia & 4. Terra Polaris Australis*, seu *Magellanica incognita*.

C §

II. PEN-

II. PENINSULÆ

Sive Chersonesi, Continentium maximarum partes, triplicis generis.

I. *Rotunda*, quarum latitudo & longitudo fere sunt æquales: 1. Africa, 2. Peloponnesus sive Morea, 3. Chersonesus Græciæ, 4. Chersonesus Taurica, sive Tartaria Przecopensis, 5. Cambajarin India.

II. *Oblongæ*, quarum multæ sunt: 1. Chersonesus Aurea seu Malacca, adhærens Indiæ, 2. Cimbrica sive Jutia vel Jutlantia, adhærens Holsatiæ, 3. Corea, adhærens Tartariæ, 4. America Septentrionalis, 5. America Australis, 6. California, 7. Jucatan in Sinu Mexicano, 8. Chersonesus Thraciæ, 9. Nova Francia, 10. Jonia.

III. *Peninsularis affines*, 1. Italia, 2. Græcia, 3. Achaja in specie, 4. Hispania, 5. Asia minor, 6. Arabia, 7. Norwegia cum Suecia & Lappia, 8. Beach, Regio Magellanicæ, 9. Nova Guinea, 10. Indostanis Regna, 11. Conchinchina, 12. Nova Britannia in Amer: Sept: 13. Monomotapa &c.

III. INSULÆ

Quæ quadruplicis sunt generis.

I. *Magnæ*, 9. 1. Britannia, 2. Japonia, 3. Islan-

Islandia. 4. Canadensis. 5. Sumatra. 6. Madagascar. 7. Borneo. 8. Nova Zembla. 9. California.

II. *Mediocris*, 13. 1. Sicilia. 2. Hybernia. 3. Hispaniola. 4. Cuba. 5. Java Major. 6. Celebes. 7. Creta sive Candia. 8. Luconia. 9. Sardinia. 10. Frieslandia. 11. Terra Nova circa Novam Franciam. 12. Mindanao, & 13. Ceylanum.

III. *Parve*, 9. 1. Gilolo. 2. Amboina. 3. Timor, inter Insulas Indicas, sita. 4. Corsica. 5. Majorca. 6. Cyprus. 7. Negroponte, in Mari mediterraneo. 8. Seelandia Daniæ, & 9. Jamaica, in sinu Mexicano.

IV. *Minime*, quarum celebriores & solitariae 6. 1. Rhodus. 2. Malta. 3. Lemnos. 4. S. Helena. 5. Div. Thomæ. 6. Madera &c. Congeries, quæ magno numero in mari jacent & valde vicinae sibi sunt, ut: Canariae, Flandricæ, Hesperides, Sinus Mexicani, Maldivæ, Circa Madagascar, Moluccæ, Bandanæ, Philippinæ, Japoniæ, Larrunculorum, Maris Ægæi, circa Britanniam, Salomonis &c.

IV. ISTHMI.

1. Inter Ægyptum & Arabiam, sive Africam

cam & Asiam. 2. *Corinthiacus*, inter Peloponnesum & Achajam. 3. *Panamensis* seu Americanus, omnium longissimus. 4. Inter Jutiam sive Jutlandiam & Holsatiam. 5. Inter Malaccam & Indiam.

P A R S II.

QUATUOR MAXIMAS CONTINENTES, QUATUOR SECTIONIBUS PROPONENS.

S E C T I O I.

D E E U R O P A.

1. **E**UROPA (quam Asiatici, Habessinici & Turcæ, *Franchiam*, Judæi vero, atque alii Orientales, *Regnum Christianorum*, vocant,) subjecta est Zonæ Temperatæ S.

2. Terminos habet *ab Oriente*: Mare Ægæum sive Archipelagum, Hellespontum, Propontidem, Bosphorum Thracicum, Pontum Euxinum Bosphorum Cimmerium, Paludis Mæotidis partem occidentalem, Tanaim fluv: ductâ insuper, ab ejus flexu, ad Tujam, oppidum, lineâ, usque ad Grandvicum Oceani Sept: Sinum, vel ad Emporium S. Michaëlis, *Ab Occasu*, Mare Atlanticum
sive

sive occidentale; *A Meridie*, aliquam Maris Atlantici partem, fretum Gaditanum & Mare Mediterraneum; *Et à Sept:* Mare Glaciale seu Hyperboreum.

3 Longitudo ejus ab occidentalissimo C.S. Vincentii, ad flexuram Tanais fluvii Orientalissimam, est mill. germ. circiter 900.

4. Latitudo, à Tænaro, Peloponnesi Promontorio, vel à Cap Matapan, ad Rutubas, vulgo Nordcaep vel Nortkin, est mill. germ. 550.

5 Regiones præcipuæ sunt: Hispania, Gallia, Italia, Germania, Anglia, Scotia, Hybernia, Dania, Norwegia, Suecia, Livonia, Lithuania, Polonia, Hungaria, Transylvania, Sclavonia, Croatia, Dalmatia, Bosnia, Servia Moldavia, Wallachia, Bulgaria, Romania, Græcia, Podolia, Tartaria Crimea sive Przecopensis, Moscovia.

* Mallet Beschreibung des ganzen Weltkreyses. Part. IV & V. Plin. Lib. III p. 160. Strabo Lib. II. pag. 83. 87 Bochart. Libr. III. Phaleg. tot. pag. 167. Gemm: Fris: p. 67. Jans. Atl Contr. Tom. I. Tab. 40. Atl: Min: Part. I. p. 9. & 170 Ortel Tab. 2.

er Pello-
ensis seu
4. Inter
1. 5. In-

CON-
CTIO-

Habessi-
æi vero,
anorum,
atæ S.

Mare Æ-
ontum,
m, Pon-
am, Pa-
m, Ta-
exu, ad
randvi-
porium
nticum
sive

CAP. I.

DE HISPANIA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Urbibus.*

1. **H**ispania, Europæ pars Meridionalis
occidentalissima, sita est sub Zona
Temperata S.

2. Fluvii ejus præcipui sunt: *Batis*, vulgo
Guadalquivir, ex monte argenteo Orospea,
ortum suum sumens, intra fanum Luciferi
oceanum subit. 2. *Anas*, vulgo, *Guadiana*,
circa exordium, quod in agro Laminitano
(Campo de Montiel.) est, Roydera dicitur,
atque ad *Metallinum* oppidum, terræ visceri-
bus sese abscondere, & postmodum iterum
erumpere, (id quod de aliis quoque fluviiis
dicitur, uti sunt: Deveril in Anglia, Itonius
in Gallia, Necro in Italia, Mareb in Habessi-
na &c.) unde jocus: Pontem in Hispania esse
(quæ planities terræ est, quam fluvius sub-
luit,) in quo plurima armentorum millia pa-
scantur. Alii, non longe à fluvii fontibus, in
Nova Castilia, unius leucæ spatio, hoc fieri,
con-

contendunt. 3. *Tagus*, incolis, *Tajo*, in Oros-
pedæ summis jugis oritur, (fontis nomen est
Albarracino frias) atque infra Ulyssipponem
(ubi portus efficit, qui maximæ molis navigia
capiunt,) ostio 2050, passus lato, in Ocea-
num se præcipitat, ostrearum maxime ferax.
4. *Munda*, Hispanis, *Mondego*, inter Tagum
& Durium, Plinio teste, medius, in oceanum
quoque fluit occidentalem. 5. *Durius* vulgo.
Dnero, *Doria*, Ptol. dictus, *maximus* Hispa-
niæ *fluv*: est, prope Numantiæ rudera, (Rui-
nes de Numance,) ex monte idubeda profili-
ens, recepto rapido, *Relanzon*, fluvio, infra
Portum mare Occiduum subit. 6. *Minius*
vulgo *Minho* vel *Mino* juxta vicum, Castro
de Rey, oritur, & Caminam prope, oceano
miscetur. 7. *Iberius*, accolis, *Ebro*, juxta vi-
cum Fuentibre, gemino fonte ex idubeda
monte, oriens, *Sicorim*, *Segre* incolis, fluvium
recipit, factâ Alphaice insulâ, duobus, se,
ostius in Mare Medit. raneum profundit: Ali⁹
ejusdem nominis fluvius in Hispania est, in-
ter Guadalquivir & Guadiana, medius, *Rio*
Tinto, dictus.

3. Termini ejus sunt ab *Ortu* & *Merid.*
Mare internum, Fretum Herculeum, & Oce-
ani

ani Atlantici pars. Ab *Occasu*, ejusdem Oceani pars: A *Sept*: Mare Biscaya & montes Pyrenæi, quibus à Gallia submovetur.

4. Longitudo ejus summa, à C. S. Vincentii, ad Salsulæ fontes (*Salsas*,) est mill. germ. circiter 190.

5. Latitudo, à C. Finis Terræ, alias, der finstern Stern / ad C. de Palos, mill. germ. 150.

6. Divisa olim fuit, in *Tarraconensem*, *Lusitaniam* & *Boeticam*. Hodie in tria dividitur Regna, quæ sunt: 1. *Castilia*, 2. *Arragonia*, 3. *Portugallia*.

I. *Castilia*, in qua 1. *Gallacia*, cujus urbes præcipuæ sunt: *Lugo*, *Orense*, *Tuy*, *Bayone*, *Corumna*, *Compostella*, vulgo *S. Jago*. Acad. 2. *Austria*, cujus civitates: *Oviedo*, *Santillana*, *Astorga*, 3. *Legio*, vulgo *Leon*. ubi *Legio*, *Palentia*, Ac. *Camora*, *Toro*, *Medina*, *Salamanca*, Ac. 4. *Biscaya*. Urbes in ea sunt: *Bilbao*, *Fontarabie*, *Messana*, *Victoria* &c. 5. *Navarra*, cujus primaria civitas *Pampelona* est, olim *Pompejopolis* dicta. 6. *Castilia Vetus*, ubi metropolis *Burgos* est, in qua dies breviores sunt, quam in aliis, Hispaniæ, locis, reliquæ civ. sunt: *Valladolid*, Ac. *Calzada*, *Calahorra*,

laborra, Osma, Segovia, ubi nullus mendicus conspicitur. *Avila, Coria, Placentia*. 7. *Castilia Nova*; cujus urbes sunt: *Alcala de Henares*, (*Complutum*) ubi Biblia polyglotta, anno 1515, sumptibus Francisci Ximenii excusa sunt, quæ Academiam celebrem redderunt. *Toledo*, hic Rex Alphonsus Tabulas suas Astronomicas construxit. *Cuenca, &c.* *Madridum* Sedes Regia est, urbs munitissima, quæ igne vulgo cincta dicitur, ob mœnia, è pyritis lapidibus extructa, Arcem habet splendidissimam, forum amplissimum, in quo certamina, haut raro instituta, homines cum bestiis committunt; aliud Palatium extra urbem est, *Buon Retiro* dictum, item *Escuriale*, 7. leucis à Madrito, ubi *monasterium S. Laurentii* magnificentissimum, à Philippo II. excitatum est, atq; *Mausoleum*, quod octavum ab Hispanis, dicitur, Mundi miraculum, in ædificia illa Regem insumfisse dicunt 20. Miliones. 8. *Murcia*, paucas præter *Murciam* & *Carthagenam* (*Carthago Nova*) habet civitates celebres. 9. *Granata*, cujus Caput *Granata*, Acad. urbs splendida, in ea numerantur domorum 60. millia, turres mille & triginta, & fontium, 10. millia, [à Mauris desiderata-

em Oce-
ntes Py-

Vincen-
ill. germ.

alias, der
ill. germ.

sem, Lu-
dividitur
rragonia,

jus urbes

Bayone,

o. Acad.

, Santil-

. ubi Le-

dina, Sa-

ea sunt:

ia &c. 5.

ampelona

ia Vetus,

s brevio-

cis, reli-

nda, Ca-

laborra,

sideratur, uti à Christianis Hierosolyma.]
Guadix, Almeria, Malaga. 10. Andalusia,
Vandalia, à Vandalis (Wenden) olim dicta,
 in qua totius Hispaniæ Emporium florentissi-
 mum & fortunatissimum est, Hispali, Aca-
 demia clarum, quod in proverbium abiit,
 fausta apprecantibus dum dicunt. Det tibi
 Deus domum Hispali, item: Faxit Deus, ut
 Hispali habeas victum & amictum, *Sevilla*
 quoque dicitur, unde adagium commune:
 Qui non vidit Sevilla, non vidit mirabilia.
 Reliquæ urbes sunt: *S. Lucar*, juxta Insulam
Cadix vel *Cadis*, *Corduba*, Senecæ Patria, ubi
 ars præparandi corii inventa est, quod vulgo
 dicitur *Corduian*. Situs hujus urbis ad stupo-
 rem amœnus esse dicitur. *Jaen, Ossuna, Ac.*
Gibraltar &c. quæ dicitur clavis Hispaniæ.

II. *Aragonia*, in qua: 1. *Aragonia*, cujus
 urbs princeps *Cæsarsa Augusta* sive *Saragoca*,
 præterea in ea continentur: *Tarracona Hues-*
ca, Acad. Balbastro &c. 2. *Catalonia*, in qua
 sunt: *Perpignan, Urgel, Salsona. Lerida, Ac.*
Tortosa, Amposta, Tarragona, &c. & Metro-
 polis *Barcellona* vel *Barcino*: quæ magnitu-
 dine, non tamen Civium frequentia, cum
 Neapoli comparatur, pontem habens 750.

pas-

passuum, in mare se extendentem. 3. *Valentia* urbes & oppida habet 64. & ultra 1000. pagos, metropolis est *Valentia*, formosa vulgo dicta.

III. *Portugallia*, in qua 1. *Portugallia*, cujus urbes multæ sunt, earumque primaria, *Lissabona*, *Lisboa* vel *Olysippo*, populosissima civitas, continens hodie ultra 20. mille ædificia, & ea inter Palatia splendidissima, quorum non ultimum est *Regis Pal.* In *Taji ostio*, *Turris Belem* notabilis quoque est. *Coimbra*, (à qua Collegium *Conimbricense*, dicitur,) Academia clara, *Porto*, *Braga*, *Lamego*, *Evora*, Academia & inquisitione celebris. 2. *Algarbia*, cujus urbes sunt, *Tavila*, *Faro*, &c. *Sylvis* est metropolis.

* *Plinius Lib. III. cap. 1. 2. 3. 4. pag. 161. & Lib. IV. cap. 20. 21 p. 237. Gemma Fris: Part. II. Cosm. p. 82. Mallet Lib. VI. p. 168. Jansonii Atl. Contr. Tom. II. Tab. 37. Atl. Min. Part. II. p. 132. Morisot. Lib. I. p. 217. Ortel. fol. 3. Laët. Tract. Spec.*

CAP.

Polyma.]
 ndalusia,
 m dicta,
 orentissi-
 lis, Aca-
 m abiit,
 Det tibi
 Deus, ut
 , *Sevilla*
 mmune:
 mirabilia.
 a Insulam
 atria, ubi
 od vulgo
 ad stupo-
 suna, Ac.
 pania.
 ia, cujus
 Saragoca,
 ma Hues-
 a, in qua
 rida, Ac.
 & Metro-
 magnitu-
 tia, cum
 pens. 750.
 pas-

CAP. II.

DE GALLIA.

*Ejusque Situ, Fluviiis, Termini-
nis, Magnitudine, Divisione
& Urbibus.*

1. **G**Allia sive Francia occidentalis, sub Zona temperata Sept. sita est.
2. Fluvii ejus præcipui sunt. 1. *Garumna*, vulgo, *Garonne*, ex Pyrenæis montibus, ad oppidum Guadalup, Hispanorum, scaturiens, infra Burgum seu Ebromagum, Ausonii, periculoso ostio, ad Insulam & Turrim, (Tour de Cordovan) in mare Aquitanicum se mergit; Postquam vero cum *Durano* (Dordonne) conjunctus est, Oceani æstuantis accessibus obvius fit, atque magno freto similis, ubi majores naves non saltem tolerat, verum eas atrociter quoque jactat, more pelagi sævientis. 2. *Ligeris*, *Loyre*, è Cemmenis montibus, sive Gebenna, ortus, magna aquarum mole in Aquitanicum Oceanum se exonerat. 3. *Sequana*, *La Seyne*, in Ducatu Burgundiæ, juxta Nivers civitatem profiliens, in Oceanum Britannicum inter duo oppida, Hon-

Honfleur & Hanfleur, delabitur. 4. *Rhodanus, Rhone*, in Alpium jugo, Furca, nascitur, inde in occasum fluens, Lacum Lemanium transit, & juxta Lugdunum, Ararum, (ex vo-sego monte ortum,) excipit, deinde in meridiem conversus, in mare Mediterraneum tandem evolvitur.

3. Termini Galliae sunt: *ab Ortu*, Germania Superior, *à Mer.* Mare Mediterr. & Hispania. *ab Occasu.* Oceanus Occidentalis & *à Sept.* Germania inferior.

4. Longitudo ejus summa, à Promont: Gobæo, Le four, sive S. Mahé, dicto, ad Varum usque fluvium, est mill. germ. 180. juxta Mercatorem vero, 165.

5. Latitudo, à Pyrenæis jugis in Bearnia, ad Picardiam extremam, 140. mill. germ: Mercator ponit 143.

6. Divisa olim fuit in varia Regna: (1.) in Galliam *Cisalpinam*, quæ Italica quoque, sive *Citerior*, dicitur, & *Transalpinam*, quæ *ulterior* Gallia hodie propriè vocatur. (2.) à Corporis habitu, in *Togatam*, quæ Cisalpina, *Braecatam*, quæ Narbonensis & Romanorum Provincia, atque *Comatam*, quæ reliqua Galliarum pars. *Hodie* in varias dividitur
Pro-

Termini-

e

lis, sub

t.

arumna,

ibus, ad

, scatu-

n, Auso-

Turrim,

itanicum

Duranio

iæstuan-

o freto si-

n tolerat,

more pe-

Cemme-

s, magna

eanum se

n Ducatu

rosiliens,

o oppida,

Hon-

Provincias, quarum *Mallet* recenset 30. sequi:
 ut sunt: I. *Picardie*, cujus urbes præcipuæ:
Calais, Boulogne, Abbeville, Amiens Metro-
 polis, *Noyon, Guise, Marle, Beauvois, Soisson,*
Laon. II. *Champagne & Brie*, cujus civi-
 tates sunt: *Charleville. Masiere, Sedan, Re-*
tel vel *Mazarini, Reims, Ac. Chalon, Troyes,*
 Metropolis, *Chaumont* en Bassigny, *Langres,*
 &c. III. *Lorraine*, cujus Provinciæ 6. sunt:
 1. *Verdun*, in qua Metropolis, *Verdun*, 2.
Metz, ubi *Metz* est. 3. *Lorraine*, ubi *Longois,*
Sar-Luy, & Nancy, Metropolis, Acad. clara,
 & olim inter optima Germaniæ fortalitia, an-
 tequam à Gallia Rege mœniis atque propu-
 gnaculis nudata esset, reputata fuit. 4. *Salm*,
 ubi nominis ejusdem civitas, cum Arce, 5.
Toul, quæ à metropoli sua nomen habet, &
 6. *Barrois* Ducatus, in quo *Bar-la-Duc.* IV.
Franche Conté in tres subdividitur Satrapias,
 ut sunt: 1. *Amont*, cujus caput *Gray* est. 2.
Milieu, ubi *Ornan, Quingey & Dole*, metro-
 polis, quæ Acad. clara. 3. *Aval*, in qua sunt:
Besançon, Salins, &c. V. *Bourgogne*, cujus
 Loca præcipua sunt: *Dyon. Chalon Sur Saone,*
Chateau neuf. Belley &c. VI. *Lyonnois*, ur-
 bes ejus sunt: *Beaujeu, Ville Franche, Lyon,*
 Acad.

Acad. Metrop. *Feurs, Roanne, Montbrisson,*
 &c. VII. *Dauphine* ubi *Vienne, Grenobel,*
 Metrop. *Valence*, Acad. *Dye, Montelimar,*
Embrun &c. VIII. *La Provence*, urbes ce-
 lebriores ejus sunt: *Aix*, Acad. Metropolis,
Marseille, Acad. & *Toulon*. Huic adhaerent:
 Principatus *Orange*, cujus caput *Orange*, &
 sub Dominio est Principis Aurelianensis, &
Ducatus Avignon, cujus civitas primaria ejus-
 dem nominis, Acad. clara est, atque sub pote-
 state Pontificis Romani. IX. *Languedoc*, quæ
 vel 1. *Superior*, cujus urbes sunt: *La Vaur,*
Thoulouse, Acad. Metrop. *S. Popoul*, 2. *infe-*
rior, ubi *Lodeve, Anduze, Nismes*, Acad. *Nar-*
bonne, Agde, Montpellier, Ac. Sommieres &c.
 Huc pertinent 1. *Gevandan*, in qua *Mende*, 2.
Velay, ubi *Le Puy*, 3. *Vivaray*, cujus caput
Viviers est. X. *Foix*, Comitatus, ejusq; urbs
 primaria *Foix*. XI. *Navarre* (quæ *Basque*
 dicitur, id est: *inferior*, in respectu *Navarræ*
Hispaniæ, quæ *Haute* vocatur, seu *superior*.)
 & *Bearn*, cujus partes 3. sunt, 1. *Labourd*, in
 qua *Bayonne* civitas nobilis est, 2. *Navarre*,
 cujus loca principaliora: *S. Palais, S. Jean-*
Pié-de-Port. 3. *Soule*, in qua *Mauleon*. In
 Principatu *Bearn* sunt: *Pau, Oleron*, &c.
 XII.

XII. *Guienne*, cujus Provinciae sunt 5. scil. 1. *La Guienne*, in qua praevalent: Comitatus & urbs *Blaye*, Metropolis *Bordeaux* Acad. *Bazas*, &c. 2. *Perigort*, cujus civitates sunt. *Perigneux*, *Montignac*, &c. 3. *Quercy*, cujus caput *Cahors*, Ac. *Montauban*, 4. *Rouergue*, urbes habet: *Ville Franche*, *Rodes*, *Fabres*, & 5. *La Gascogne*, cujus civitates sunt: *Ayre*, *Dax*, *Labrit* ou *Albret* &c. XIII. *Saintonge* & *Angoumois*, illius metropolis est *Saintes*, hujus vero, *Angoulême*. XIV. *Aunis*, ubi notantur, *La Rochelle*, & Districtus *Brouage* cum civitate ejusdem nominis. XV. *Poitou*, cujus caput *Poitiers*, Acad. XVI. *Bretagne*, urbes ejus sunt. *S. Malo*, *Dinant*, *Vitray*, *Rennes*, *Nantes*, Acad. XVII. *Normandie*, civitates sunt: *Bayeux*, *Caen*, Ac. *Codebec*, *Rouen*, Metropolis, *Dieppe*, *Alencon*, *Sees*, &c. XVIII. *L' Havre de Grace*, *Honfleur* & *Hanfleur*, in peculiari sunt Provincia, praecedenti non subjecta. XIX. *L' Isle de France*, cujus urbes sunt seq. *Soisson*, *Pont Oyse*, *Lutetia Parisiorum*, Praeclarissimorum, Orbis ingeniorum, officina, Academia clara, in qua studiosorum numerus 30. millium aliquando fuit; Sedes Regia, omnium totius Regni maxima &

& populosissima, in qua præter alia multa albo calculo notantur: Palatium Regis, *Louvre*, dictum, Templum, *Nôtre Dame*, 170. columnis superstructum, *Curia* splendidissima, olim, *la maison des pilliers*, dicta, &c. extra urbem, *Palatium Madrit* dictum; *S. Germain*, Secessus Regis æstivalis, *Versailles*, Castrum Galliaë totius splendidissimum, admiraculum usque à Ludovico XIII. cœptum, & à Ludovico XIV. magnificentissimè absolutum. *S. Denis*, *Fontaineblau*, *Charenton*, *Wicestria*, ubi Diabolus olim publicè magiam docuisse fertur. XX. *Nivernois*, cujus caput *Nevers*. XXI. *Bourbonnois*, cujus urbes sunt: *Bourbon*, & metropolis *Moulins*. XXII. *Auvergne*, 1. *Superior*, cujus caput est *Orillac*. 2. *Inferioris* vero metropolis est *Clermont*. XXIII. *Le Limosin*, ubi *Limoges* reliquas urbes antecellit. XXIV. *Saumurais*, in qua sunt *Saumur*, & *Richelieu*, quam alii ad *Pictaviensem* Provinciam referunt. XXV. *Anjou*, metropolis ejus, *Anger*, Academia & arce clara. XXVI. *Le Maine*, *Le Perche* & *Pais de Leval*, caput est *Le Mans*. XXVII. *L'Orleanois*, cujus Provinciae sunt 6. 1. *Beausse Particuliere* ou *le Pais Chartrain*, in qua caput est

D

Char-

5. scil. r.
Comitatus
ux Acad.
ates sunt.
rcy, cujus
Rouergue,
Fabres, &
t: Ayre,
Saintonge
st Saintes,
lunis, ubi
is Bronage
Poictou,
Bretagne,
itray, Ren-
ndie, civi-
bec, Rouen,
Sees, &c.
er & Han-
præcedenti
ance, cujus
Lutetia Pa-
is ingenio-
qua studio-
ando fuit;
gni maxima
&

Chartres, 2. *L'Orleanois*, cujus metropolis est *Orleans*, Ac. 3. *Sologne*, ubi *Gergeau* & *Romorantin*, 4. *Le Blaisois*, in qua eminent *Blois*, 5. *Le Vendomois*, metropolis est *Vendome* & 6. *Le Dunois* ubi *Chateau-D'An*. XXVIII. *Le Berry*, hujus caput est *Bourges*. XXIX. *La Marche*, in qua *Le Dorat* & *Gueret*, & tandem XXX. *Touraine*, cujus caput est *Tours*, reliquæ civitates sunt: *Amboise*, *Loches*, *Chinon* &c.

* *Horn: Orb. Polit. P. IV. pag. 10. & P. I. pag. 76.*
Hentzen: Itinerarium. p. 240 Cluv. p. 119. Mallet.
P. V. p. 77. Janson Atl. Contr: Tom. I. T. 1. 2. 3. &
Atl. Min. P. II. pag. 13. Laet. Tract. Spec. François
Savin. Les Delices de la France.

CAP. III.

DE ITALIA.

Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Urbibus.

1. **I**Talia, incolis *Saturnia*, Græcis verò *Oenotria*, *Ansonia*, vel *Hesperia*, dicta, intra Zon. Temp. Sept. est sita.

2. Fluvii ejus præcipui sunt: 1. *Padus*, Græcis

cis,

cis, Eridanus, & Incolis, *Po*, dictus, qui, è gremio Vesuli celsissimi, inter Alpium juga, montis, profluens, ultra 30. amnes & flumina in mare Adriaticum defert. 2. *Athesis*, *Adeſe* ab Italis, & à Germanis, *Etsch*, dictus, ex Brenna monte Alpium diffunditur, atque, fluviis nonnullis auctus, in Adriaticum mare recipitur, 16. circiter mill. à Venetiis in Austrum. 3. *Tiberis*, in Tuscia ex imis Apenninis profiliens, multis permixtus amnibus, Romanam ingreditur, atque inde binis ostiis mare Hetruscum subit.

3. Termini Italiae sunt, *ab Ortu*: Turcia Europæa, Golfo di Venetia, & mare Adriaticum, *à Merid*: mare Jonium & Insula Sicilia, *ab Occ*: Mare Tuscum, Ligusticum & Varus fluv. & *à Sept*: Sabaudia, Helvetia & Germania.

4. Longitudo ejus summa, à monte S. Bernhardi, sive Alpino Craio in Augusta Prætoria, vulgo Aosta, juxta fluv. Dorianam, ad Leucopetram promontorium usque, cap del l'Arme, dictum, est mill. germ. 188.

5. Latitudo, à Cumerò prom. (monte d'Ancona) ad Tiberis ostia, est mill. germ. 34.

6. Dividitur Italia commode in Partem

opolis est
& Romo-
Blois, 5.
ome & 6.
VIII. Le
XIX. La
, & tan-
est Tours,
ches, Chi-

I. pag. 76.
19. Mallet.
1. 2. 3. &
François

minis,
&

ecis verò
a, dicta,

us, Græ-
cis,

Septentrionalem, & Australem, in Parte Septentr: continentur seq: I. Respublica Veneta, cujus urbes sunt: Venetia Mundi theatrum: emporiumque una cum Amstelodamo toto Orbe celeberrimum, atq; civitatum omnium regina 72. Insulas continens, pontibus 500. lapideis, conjunctas, paucissimæ in ea reperiuntur rheda, naves e contra minores ultra 14. mille, Gondole, Gundesen vulgo dictæ, cūn palis, urbs hæc clarissima in mari, superstructa sit: In circuitu suo continet 8. mill. Ital. & vicies mille familias, 70. templa majora, 100. minora, inter illa Templum S. Marci, (in amplissimo atque Orbis Terrarum pulcherrimo foro extructum,) in quo S. Marci Ossa, Alexandria eo deportata, contineri dicuntur, ultimum non est. Die ascensionis Domini quotannis Dux mare sibi despondet, annulum, in illud, aureum, abjiciendo. Patavinum, Padova, flos atque decus urbium, Academia gloriatur celeberrimâ. Verona, ubi Amphitheatrum, è paucis pulcherrimum, inter munitissimas civitates numeratur. Belluno, Feltre, Vincenza, &c. II. Ducatus Mantuanus, cujus caput, Mantua, urbs amplissima, & antiquissima, in lacu sita, extra urbem secessus sunt

sunt amœni atque gratissimi, etiam pagus *Andis*, *Petola* hodiè dictus, ab ea non longè distat, *Virgili* incunabulis clarus. III. *Ducatus Modenensis seu Mutinensis*. Civitates præcipuæ in eo sunt: *Mirandola*, *Carpi*, *Reggio*, *Modena*, quæ lauta satis & pulchra est. IV. *Ducatus Parma*, cujus urbes sunt: *Parma*, quæ ædificiis splendida est, atque in planitie ad fl. *Parma* sita, casei in hoc districtu conficiuntur optimi saporis (*Parmesan Käse*.) *Piacenza*, in ambitu suo habet mill. Ital. 5. *Rosana*, inexpugnabilis ferè munitio, &c. V. *Respublica Genuensis*. *Riviera di Genova*, in qua *Genua* urbs maritima reliquarum caput est, quæ portum habet optimum, & domos plurimas, quæ dignæ sunt, Regem excipere potentissimum. Reliquæ civit: sunt: *Savona*, urbs ædibus ornatissima, *Finale Noli*, quæ maritimæ sunt: quo etiam spectant, *Brugnato*, *Sarzane*, *Spezza*, &c. VI. *Principatus Piemont, vel Pedemontium*, ad pedes montium situs, cujus caput est *Augusta Taurinorum Aosta*, Augst/ hodie *Turino*, Ducis *Sabaudia* Sede, ut & *Academiâ*, celebris, in qua *Erasmus Roterodamus* in *Doctorem Theol.* est promotus. *Pinarolo* sub potestate Regis *Gal-*

Parte Se-
a Veneta,
eatrum:
mo toto
omnium
es 500. la-
reperiun-
ultra 14.
tæ, cum
uperstru-
ill. Ital. &
ora, 100.
, (in am-
cherrimo
ssa, Alex-
ntur, ulti-
mini quot-
ulum, in
um, Pado-
emiâ glo-
nphithea-
r munitis-
o, *Feltre*,
manus, cu-
a, & anti-
m secessus
sunt

liæ est, arcem habet optime munitam; Multa præterea castra & pagi plurimi in hoc Principatu continentur, ut Indigenæ dicere soleant, Ducem suum unicam saltem habere civitatem, continentem in ambitu suo 300. millia-ria. VII. *Ducatus Mediolanensis*, *Milano* vulgo dictus, cujus caput *Milano* est, urbs augustissima, 10. mill. Italica in ambitu suo continens, *Meyland* germanis dicta, arcis munitione & incolarum frequentia, ad 230. millia æstimata, longe clarissima est, cujus templum Cathedrale, incolis, *Domus*, dictum, inter pulcherrima, in Orbe Christiano, numerandum. Artium & opificum in suburbiis, civitates æquantibus, varietas est maxima, unde fit, ut varii generis merces alii Europæi inde accipiant, & reliquis præferant tibialia serica (*Meyländische Strümpf.*) *Pavia*, Academia, munimento egregio & militum præsidio celebris est, Gallis, à quibus ferro sæpius atque insidiis, verum frustra, appetita est, optimè nota. *Cremona*, altissimâ turri insignis est. *Tortona*, *Monza*, *Como* &c. IIX. *Ducatus Montferratensis*, (*Mons ferax*) ubi *Casale*, vulgo *Casal*, civitas, ad Padum fl. munitissima, quæ anno 1681. à Ludovico XIV. Gal-

Gallorum Rege, occupata est, solutis Ducis Mantuensi, 200000. aureis, (Pistoletten) *Alba Pompeja, Aqui &c.*

In Parte Australi continentur sequ. I. Dominium Ecclesie seculare, vulgo, il Stato della Chiesa. Ubi (1) Ducatus Ferrariensis, cujus caput est Ferrara, Ac. ad ripam, fluv. Po, sita, urbs amœna & populosissima, in ambitu suo 7 mill. Ital. continens, & duas arces optimè munitas. (2) Territorium Bononiense, Bologna, cuj⁹ metropolis Bologna, Ac. ad radices Apennini montis sita, Nobilitate potens, & ædibus magnifica, adeò, ut in admirationem sui Carolum V. ibi coronatum, atque Principes & Comites, rapuerit, dum omnes & singuli in palatiis & conclavibus nitidissimis fuerunt excepti; Vino, frumento, oleo, aliisque, ditissima est, (Sausisse de Bologne, farcimina grati sunt saporis.) (3) Romandiola, Romagna, cujus urbes sunt: Faenza, Imola &c. Ravenna, Cervia, & Rimini urbes sunt maritimæ. (4) Meldola, cujus caput Meldola. (5) Ducatus Urbino. Sedes Archiepiscopi est in Urbe Urbino, reliquæ Civit. sunt: Fossombrono, Cagli, Eugubio, sequent sunt maritimæ: Pesora, in qua raro ultra 50. annos incolæ vivere dicuntur.

tur. *Fano, Senigaglia.* (6) *Marchia Anconitana.* Caput in ea est *Ancona*, urbs maritima, portu celebri instructa, & optimè munita, *Osimo, Recanati, Macerata, Ac. Tolentino, Camerino*, maritimæ, præter *Anconam*, sunt: *Loretum, La Madonna di Loreto*, ubi ædicula B. Mariæ Virginis, magna cum veneratione, visitur, quæ ab Angelis eo deportata dicitur. *Humana, Citta Nuova & Fermo*, Ac. regionis urbs opulentissima. (7) *Ducatus Umbria, Spoletum* Italis dictus, à *Civitate Spoletum* primaria, Arx in ea est ex Amphitheatru ruinis extracta, & machina aquæ artificiosissima. *Assisi, Todi, Amelia, Terni, Narni, Rieti, Monte Falcona &c.* (8) *Terra Sabinorum*, urbes ejus sunt: *Vicovaro, Vescovia, Narini.* (9) *La Campagna di Roma*, (Latium) ejus caput *ROMA* est, Ac. Pontificis sedes, quæ totius Orbis compendium dicitur, 7. collibus est superstructa, incolæ in ea numerantur 30. mille, 30. habet portas, & in ambitu suo 4. mill. germ. Palatia in ea visuntur splendidissima; Lacus & horti, amœni, statuæ ex marmore aliisque lapidibus eleganter constructæ, Imagines & Sculpturæ variæ, præprimis vero laudem merentur: *Capitolium*, opus stupendum, *Templum Divi Petri*

Petri, quo nullum splendidius in Orbe, & *Castrum, Sant-Angelo*, dictum, cum ponte ejusdem nominis nitidissimo &c. Reliqua loca sunt: *Tivoli, Palestrina, Alatra, Anagni, Segni, Ferentino*; maritimæ: *Nettuno, S. Lorenzo, Ostia, &c.* Chirotecae in his oris confectæ, suavissimi sunt odoris (Romanische Handschuh.) (10) *Patrimonium Petri*, cujus maritimæ Civit. sunt: *Civita Vecchia, Porto & Reliquæ: Hortia, Viterbo, Vatulonia* olim dicta, *Toscanella, Civita Castellana, Castro, Corneto, Bracciano &c.* (11) *Districtus Orvieto*, cuj' caput *Orvieto*, & (12) *Territorium & Civitas Perusa, Ac. & Civita de Pieva*, Civitates primariæ sunt. II. *Gran Ducato di Toscana*, 120. in long. & 100. in latitudine mill. Ital. continens, urbes habet seq. *Pistoia, Pisa, Acad. Borgo di S. Sepulchro, Arezzo, Cortona, Volterra, Monte Pulciano, & Fiorenza*, quæ caput totius Ducatus est, Magni Ducis Sedes, cujus Palatium est splendidissimum, inque eo *Technomatophylacium*, pretiosissimis atque rarissimis rebus refertum, quas inter adamas ille prægrandis principem locum obtinere videtur. Propugnacula Arx habet firmissima, quibus oppidani in officio continentur, epi-
 D S lepsia

Anconita-
 maritima,
 unita, O-
 ntino, Ca-
 sunt: Lo-
 dicula B.
 ione, vi-
 a dicitur.
 : regionis
 bria, Spo-
 primaria,
 extructa,
 sissi, Todi,
 alcona &c.
 nt: Vico-
 mpagna di
 A est, Ac.
 ompendi-
 eta, inco-
 abet por-
 Palatia in
 & horti,
 lapidibus
 Sculptu-
 merentur:
 lum Divi,
 Petri

lepsiâ ibi magis familiaris est, quam in aliis Italiae locis. In Centro ferè Ducatus *Siena* est Acad. cujus incolæ Italicâ linguâ elegantissimâ utuntur. Loca maritima sunt: *Livorno*, Portum Italiae habens optimum. *Piombino*, & *Porto Hercolo*. In hoc districtu optimum invenitur gummi Laccæ, (Florentiner Lacc.)

III. Regno di *Napolis* in XII. dividitur Provincias. (1) est *Abruzzo Ultra*, cujus loca præcipua sunt: *Teramo*, *Civita di Pinna*, *Aquila*, &c. *Altri* maritima est. (2) *Abruzzo Citra*, civitates sunt: *Lanciano*, *Solmona*, & *Chieti*, *Ortona à Mare*, ad Golfum sita est. (3) *Capitanata*, in qua sunt: *Monte S. Angelo*, *Dragonara*, *Siponte*, *Volturata*, *Troja*, *Bovino*, *Ascoli*; Maritimæ sunt: *Termoli*, *Lesino*, *Mansfredonia* &c. (4) *La Terra di Bari*. Ubi: *Cannosa*, *Andria*, *Ruvo*, *Bitonto*, *Bietto*, *Conversano*, *Gravina*; Maritimæ vero: *Barletta*, *Trani*, *Biseglia*, *Molfetta*, *Giovenazzo*, *Bari*, *Molo*, *Polignano*, &c. (5) *La Terra d'Otranto*, cujus urbes sunt: *Matera*, *Oria*, *Loccie*. Maritimæ: *Brundus*, *Otranto*, *Castro*, *Alessano*, *S. Maria de Leuca*, *Galliopoli*, *Nardo*, *Taranto* &c. (6) *Basilicata*, civitates ejus sunt: *Laviello*, *Rapolla*, *Melfi*, *Venosa*, *Horatili*

tii Patria. (7) *Calabria Citerior* vel *Magna Græcia* dicta, in qua sunt: *Cassano, San Marco, Monte Alto, Bisignino, Cosenza, Umbriatico, Cerenza*. *Maritimæ*: *Rossano, Cariati, Strongoli, Amantea, Martorana, &c.* (8) *Calabria Ultra* vel *Inferior* dicta, urbes ejus sunt seq. *Taverna, Nicastro, &c.* *Maritimæ*: *Severin, Cotrone, Isola, Cantazaro, Vulture, Giraze, Reggio, Nicotera, Tropea &c.* (9) *Principato Citra*, in qua multæ sunt Civitates, Præstantiores sunt: *Ravello, Lettere, Cangiàno, Marsico Nuovo, & ex maritimis celebriores sunt: Nocera delli Pagani, Salerno, Acad.* Ubi Liber, cujus titulus est, *Schola Salernitana*, in gratiam Regis Angliæ conscriptus, & typis vulgatus est: *Capaccio Nuovo, &c.* (10) *Principato Ultra*, cujus urbes sunt: *Benevento, Ariano, Trevico, Bizazza, Cedogna, S. Agata, (11) Molissa*, à capite suo, *Molissa*, ita dicta; Reliquæ urbes sunt: *Trivento, Guarda, Larina, Isernia, Boiano.* & tandem (12) *La Terra di Lavoro*, cujus civitates præstantiores sunt: *Sora, Monte Cassino, Aquino, Venafro, Sessa, Fondi, Tiano, Capua, Calvi, Teles, Gaiazzo, Aversa; Maritimæ: Gajeta, Pozzuolo, Carinola, Sorrento,*

n aliis Ita-
Siena est
legantissi-
Livorno,
Piombino,
imum in-
ner Sacf.)
r Provin-
loca præ-
ia, Aquil-
ruzzo Ci-
mona, &
ita est. (3)
S. Angelo,
oja, Bovi-
oli, Lesino,
a di Bari.
nto, Bietto,
ero: Bar-
iovenazzo,
La Terra
tera, Oria,
nto, Castro,
opoli, Nar-
vitates ejus
enosa, Ho-
ratiu

Massa di Sorrento, Omnium vero clarissima est *Neapolis, la Gentile*, aliâs dicta, eo quod multi Magnates atque Nobiles in ea habitent, 6. mill. Ital. in ambitu suo habet; nullæ in ea visuntur hirudines, quas *Virgilium* Poëtam eâ eiecisse, vulgi opinio est, quæ fabulæ merito cedit; Cæterum in urbe prædicta plurima confecit, & demum sepultus Poëta est, quem admodum *sepulcrum* ejus hodie ostendunt, quod laurus, è Saxis miraculosè quasi enascens, inumbrat. Academia quoq; celebris est: Præter alia miraculosa, in hoc districtu 3. *Lacus* notatu digni sunt: 1. dicitur *Lago d' Agnano*, cujus aqua, amissum, bestiis, sensum, restituere dicitur, & ad quem accessus patet, per speluncam sc. *Grotto di Napoli* dictam, quæ per fossam, ad unius milliaris distantiam, ferreis instrumentis, monte, non absque sumtibus & labore, adornata atq; confecta est. 2. *Lago d' Averno*, Virgilio *Lacus inferni* dictus, cujus exhalationes pestiferæ in causa sunt, ut volucres eo delatæ, mortuæ in eundem decidant. Huic freto olim junctus fuit 3. *Lacus, Lago Lucrino* dictus, exorto autem anno 1538. Terræ motu horrendo, moles arenarum fretum obstruxit, quæ montis instar accumulata,

montagna nuova, i. e. mons novus. dicitur. *Vesuvius* quoq; naturæ miraculum est, *monte di Somma* dictus, *Nolæ* vicinus, Plinii interitu & ignium eruptione, clarus, cujus cineres per 15. millaria diffundi dicuntur.

Urbes Italiae; ocreæ figuram referentis, numero 1166. fuisse Ælianus testatur, quarum novem eximia claritatis sua peculiaria habent epitheta, uti sunt.

Venetia la Ricca, Venetiæ opulentæ,

Padova la dotta, Patavium doctum.

Milano la grande, Mediolanum magnum.

Genova la superba, Genua superba.

Ravenna l'antica, Ravenna antiqua.

Fiorenza la bella, Florentia pulcra.

Bologna la grassa, Bononia pinguis.

Roma la Santa, Roma Sancta.

Neapoli la Gentile, Neapolis nobilis.

Item.

1. *Unus Petrus* in Roma.

2. *Una Turris* in Cremona.

3. *Unus Portus* in Ancona.

Item.

Bologna la grassa, mà Padova la passa:

Perugini superbi, è buoni soldati, è la

miglior spada del Papa &c.

*Hentz-

* *Hentzneri Itinerar. p. 277. Plin. Lib. III. p. 170. c. V. Morisot. p. 231. & 632. Atl. Contr. Janson Tom. II. Tab. 21. 22. & seq Atl. Min. P. II. p. 176. Maller. a. X. p. 115. Laet de Principatib: Ital. Tr. Spec. Weigeli Wegweiser in das Welschland. Jannotii Respublica Veneta, Le Cose Notabili & Maravigliose della Citta di Venetia, accommodate da Leonico Goldioni.*

CAP. IV.

DE GERMANIA.

Ejusque Situ, Fluvii, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **G**ermania, quæ & *Alemannia*, & *Ten-tonia* appellatur, Europæ Regnorum & Imperiorum facile Princeps, circa medium Zonæ Temperatæ Sept. est sita.

2. Fluvii ejus celebriores sunt: 1. *Rhenus*, *der Rhein*/in summis Alpibus Gothardi & *Adulæ* duplici fonte profiliens, (qui juxta *Churiam*, quam præterlabitur, junguntur) in *Helvetia*, ob montium multitudinem, minus commodam adnavigationem habet, quæ *infra Scaphusiam*, ad *Cataractas*, impossibilis plane est, per æquam postea fertur planitiem, splen-

splendidissimis, ad utramque ripam, coronatus civitatibus, & Vinetis innumeris, unde vinum nomen traxit, vulgo der Rheinische Wein/ & postquam totam ferè emensus, latitudinem Germaniæ est, qua partem, in Oceanum se præcipitat, Germanicum; Prope Schenckii Monumentum, (Schenckenschans in Superiori, Boffengat in Inferiori Germania, dictum) in duas scinditur partes, quarum sinistra Vahalis dicitur, die Bael/ quæ cum Mosa, juxta Gravesand Mare Germ. petit: Dextra vero pars, Fossa Drusiana, à Druso, dicta, Isalam sibi jungit, & ibi vocatur Rhenus, ostio olim uno in mare evolvebatur, inter vicos scil. Catwyck & Nortwyck, verum Oceanus, vehementer aliquando irrumpens, influxum impedivit, & aquâ retroactâ, campos humiles implevit, qui alveus arenarum tumulo obductus, nullo labore à Lugdunensibus iterum aperiri potuit. 2. *Mænus*, der Mayn/ una cum aliis tribus fluviis, ut sunt: Sala, Egra & Nava, ex monte Pinifero, vulgo Sichelberg/ ferro & stanno, divite, duplici fonte, quorum alter albus, & ruber, alter, dicitur, ortum suum sumit, postmodum vario gyro Franconiam oberrat & juxta Moguntiam

III. p. 170.
nson Tom.
76. Mallet.
Spec. Wei-
otii Respu-
igliose della
Goldioni.

ermi-

, & Ten-
gnorum
medium

Rhenus,
rdi & A-
xta Chu-
) in Hel-
, minus
quæ in-
possibilis
anitiem,
splen-

tiam in Rhenum descendit. 3. *Amasis, Amis-
sia*, vulgo die Ems / non procul Paterbornâ
oritur in Westphalia, varias urbes præterla-
bitur, quarum ultima est Delfzyl, ad ostium
sinus Emdani, vulgo den Dollert / ubi mari
miscetur. 4. *Vierra*, die Werr / in Hassiæ &
Thuringiæ confiniis scaturit, juxta Mundam
civitatem, duobus mill. Cassellis distantem,
Fuldam recipit, & Visurgis dicitur, atque in-
fra Depstedam mare Germanicum subit. 5.
Albis, die Elbe / in Silesiæ montibus, juxta val-
lem Gigantæam (ubi spectrum Rübenthal / im
Teufelsgrund /) fontem suum habens, salu-
tatis in transitu, plusquam 30. urbibus Mis-
niæ, Thuringiæ, Saxonæ, Holfatiæ &c gran-
di ore, in mare Germanicum infra Ritzen-
bittel, prolabitur. 6. *Odera* sive *Viadrus*,
die Oder / è Moraviæ & Silesiæ finibus, juxta
civitatem cognominem, non procul Olmu-
sio, Olmus / promanans, per Marchiam &
Pomeraniam ad Lacum, das grosse Haff /
vulgo, festinat, unde per Insulas Vandalias
triplici alveo in mare Balticum, die Ost. See
vulgo, abit, quorum aquæ unius virescunt,
alterius, canescunt, & tertii navigatio perpe-
tuis tempestatibus est infesta. 7. *Vistula*, die
Weichsel

Weichsel / haut longè à Viadri fontibus in
 Teschinenti Ducatu, ortus, ultimus olim
 Germaniæ limes fuit, dextrâ suâ ripâ partem
 aquarum per alveum, vulgo Nagot / dictum,
 in sinum aquæ dulcis, (das frische Haff /) in-
 vehit, atque Insulam magnam, (das grose
 Berther /) efficit; altera pars, ad locum (das
 Haupt /) duos accipit alveos, quorum dexter
 in dictum sinum influit, sinister vero infra
 Dantiscum, ad Mundam, Castellum, in mare
 Balticum recipitur. 8. *Danubius*, die Donau /
 qui *Ister* quoq; dicitur, fluvius ex quatuor ma-
 ximis totius mundi, in ordine, tertius, (quo-
 rum 1. *Ganges* esse censetur, 2. *Indus*, & 4tus
 in ordine *Nilus*, de quibus infra,) in pago
 Don-Eschingen, prope arcem Comitis Für-
 stenbergenfis, oritur, atque per multas de-
 volvitur Provincias, ut sunt: *Suevia*, *Bava-*
ria, *Hungaria*, *Austria*, *Servia*, *Bulgaria*, *Mo-*
ssa, *Walachia*, & *Moldavia*, 60. recipit amnes,
 pontibus sternitur uno & 20. à fonte ad Vien-
 nam 7. tandem ostiis in Pontum, (vulgo das
 schwarze Meer / quod cum sylva nigra, vulgo
 der Schwarze wald / quæ fontibus imminet,
 connectere quasi videtur,) tantâ vi se exonerat,
 ut per 40. passuum millia maris, aqua haustu
 dulcis

dulcis esse percipiatur, maxime è regione ostii *Peuces*, quod Strabo Lib. VII p. 211. *ἱερὸν*, (i e. sacrum vel magnum,) vocat.

3. Termini Germaniæ sunt, *ab Oriente*, Polonia & Hungaria; *à Meridie*, Italia; *ab Occasu*, Gallia; & *à Sept.* mare German. & Balticum.

4. Longitudo ejus inter Genevam, [Geneve,] & Regium montem, [Königsberg/] est 200. mill. germ.

5. Latitudo à Grevelinga juxta Caletum, ad Twardeschin, prope Vistulæ fontes, 174. mill. germ.

6. Dividitur comode in X. circulos, [quorum *Directores* sunt, die *Ausschreibende Fürsten*] *Electores* præprimis, quibus ob potestatem Imperatorem eligendi, *Electorum* nomen inditum est, tum *Ecclesiastici*, quorum 3. sunt, iidemque Archiepiscopi & Archicancellarii S. Imperii. 1. est *Moguntiacus*, in Germania; 2. *Treverensis*, in Gallia & Regno Arelatensi, 3. *Coloniensis*, in Italia: tum 5. *Seculares*, Quorum 1. est *Rex Bohemiae*, *Pocillator*; 2. *Bavarum*, *Dapifer*; 3. *Saxo*, *Ensifer*; 4. *Marchio Brandenburgensis*, *Cubicularius*; & 5. *Palatinus Rheni*, *Thesaurarius*.
Circuli

culi sunt sequ. 1. *Circulus Austriacus*, 2. *Bavaricus*, 3. *Suevicus*, 4. *Burgundicus*, 5. *Rhenanus Superior*, 6. *Rhenanus Inferior*, 7. *Francicus*, 8. *Westphalicus*, 9. *Saxonicus Superior*, 10. *Saxonicus Inferior*.

Sequuntur Regiones:

1. *Helvetia*, die Schweiz / dividitur in 4. pagos, Gôw / dictos. 1. *Tigurinum*, Zürcher Gôw. 2. *Tugenum*, Tur Gôw. 3. *Ambro- nicum*, Ar. Gôw & 4. *Urbigenum*, Wiffli- burger Gôw. Cantones vero sunt XIII. 1. *Uria*, Urny. 2. *Suitia*, Schwiz. 3. *Sylvania* seu *Underwaldia*, Underwalden. 4. *Lucer- na*, Lucern. 5. *Tigurum*, Zurch. 6. *Clarona*, Glaris. 7. *Tugium*, Zug. 8. *Berna*, Bern. 9. *Friburgum Veltonia*, Frenburg. 10. *Solo- durum*, Solenthurn. 11. *Basilea*, Ac. Basel. 12. *Scaphusia*, Schaffhausen / & 13. *Abbatis Cella*, Appenzell. Nomina hæc partim *Vico- rum* sunt, partim *Regionum*. Vocantur quo- que *Helvetii Confœderati*, die Eydgenossen / à *foedere*, quo inter se juncti, libertatem recu- perârunt, ut liberam jam constituent Rem- publicam. Etiam *Suitzeri*, à vico, forte quondam capite, *Suitz* dicto, cujus typum in

Topo-

Topographia sua exhibet *Merian*. p. 27. & 28. item *Montem glacigenam*, [der Gletscher] æternis nivibus tectum, p. 19. *Rheni cataraclas* juxta *Scaphusiam*, p. 46 & 50. *Petram perfossum*, *Pierre pertuisé*. p. 41.

2. *Vallesia* *Helvetiæ* confœderata est, das *Walliser Land* / à *Vallesis*, *Galliæ* populis, ita dicta, cujus metropolis *Sedunum* est, vulgo *Sitten*.

3. *Rhætia* *Grisonum*, à *Rhætis*, *Chur*, *wahlten* vel *Grau*, *Bünten* ita dicta, cujus caput *Chur* est.

4. *Tirolis*, *Europæ* comitatus maximus, urbes ejus sunt: *Tirol* / *Landeck* / *Inspruck* / [*Oenipons*] *Hall* / *Trient* / *Brixen* / &c.

5. *Carinthia*, *Kärnten* / *Ducatus*, *Veteris Pannoniæ* pars; Metropolis ad *Dravum* sita est, *Santovicus*, *S. Veit*; *Lavarrint*, *Pleiburg*.

6. *Stiria*, *Steyer-Marc* / *Ducatus*, urbes: *Muripons*, *Brück an der Mur* / in superiori; *Gratia*, *Grätz* / in inferiori.

7. *Carniola* seu *Carnia*, *Krain* / *Ducatus*; In superiori seu irrigua est urbs *Krainberg* / & in inferiori seu sicca, *Laubach* / under *Laubach* &c.

8. *Vini*

8. *Vinitorum Marchia*, Windisch March/ cuius urbes sunt: *Rudolswerth*/ *Gurckfeld*/ *Bergel*/ *Obergurg*/ *Carlstatt*/ in finibus Croatiae. *Bagas* olim dicta, *Käyserberg* &c. in hoc districtu argenti vivi fodinae sunt.

9. *Croatia*, *Krabaten*/ *Ilyrici* pars versus Hungariam, *Valeria* quoque vel *Liburnia*, dicta, urbes sunt: *Siseg*, *Petrinia*, *Zagabria*, *Dublitz*, *Wibitz*.

10. *Austria*, *Desterreich*/ *Archiducatus*, vel *Superior* est & *Cis-Danubiana*, cuius caput est, *Vienna* *Wien*/ *Bersch*/ *Turcis* dicta, *Sedes* Imperatoris Romano-Germanici, in qua sunt: *Arx* *Vetus* & *Nova*, *Templum* *S. Stephani*, cuius *Turris* $434\frac{1}{2}$. pedes geometricos alta; *Academia*, in qua *Cuspiano* teste, *Haselbachius* *Theol. D.* per 20. annos *Esaiae* caput 1. explicavit. *Propugnaculum* contra *Turcarum* irruptiones munitissimum, quod anno 1529. mens. *Sept.* per 23. dies *Solymanus* 150. mille militibus frustra obsedit; Et denuo anno 1683. mense *Julio* *Vezirus* *Turcarum* summus 180. mille militibus tentavit, cum clade rejectus tamen, impedimentisque omnibus exutus. *Lincium*, *Ac.* In *Inferiori*, seu *Trans-Danubiana*, urbes: *Cremsium*, *Krems*/

Krembs / Tyrnstein / Korn-Neuburg / quæ à frumento nomen accepit.

11. *Moravia, Mähren / Regni titulo olim decorata fuit, hodie vero Marchionatus titulo gaudet; Urbes habet: Olomuce, Olmütz / Olomontium, Kremfier, ad Maro fluv. Iglavv, Kronavv, Brinn, Znaim.*

12. *Bohemia, vel Boiohemia, Böhmen / Regnum & Electoratus, à Boiis, Gallorum gente ita vocata, quasi der Boier Heimat / Boiorum Sedes; Urbes sunt: Pelsena, Pilsen / Praga, Prag / Ac. Metropolis, Budovicium, Budeweis / ubi fodinæ argentæ, Prahaltz, salis emporium. Kutnahora, Ruetenberg / Rosenthal / Lytomerium, Leitmeris / Therma Carolina, Carlsbad.*

13. *Palatinatus Superior, die Ober-Pfalz / Pfalz-Byren / vel Nortgaw / à situ, (Nort quod Sept: denotat & Gôw / quod terram vel agrum,) ita dict⁹, urbes sunt: Amberg / Endersstatt / Lavinga, Lauwingen / Neuburg / Sulzbach / Neumarc / Heersbrück / Altorfium, Altorf / Noriberga; Ubi etiam urbs Pfreimbt / Landgraviorum Leuchtenbergicorum Sedes.*

14. *Bavariæ Ducatus, Bayern / dividitur in Partem Superiorem & Inferiorem: In Superiori,*

periori, quæ versus ortum ad Alpes, sunt urbes: *Monachium*, *München* / vel *Monacum*, Ducum Sedes, omnium Germanicarum civitatum pulcherrima, ad ripam *Isaræ* sita est. *Ingolstadium*, Ac. *Landsperg*, *Frisinga*, *Freisingen*. In Inferiori sunt: *Ratisbona*, *Regenspurg* / à fluvio *Regen* ita dicta. *Straubinga*, *Landshuta*, in qua Templum *S. Mariæ*, cum Turri totius Germaniæ altissima, ad cuius fastigia aurea per 560. gradus ascenditur, *Passavium*, *Passau* / ad *Danubii* Oeniq; confluentes sita est, Pacificatione [inter *Carolum V.* & *Protestantes Evangelicos*, anno 1552, prid. Non. Augusti, initâ, quâ religionis libertati cautum est,] clara; Germanis dicitur, *der Passauische Vertrag*.

15. *Salisburgensis* Archiepiscopatus, cuius metropolis est *Salisburgum*, ad *Salzam* fluv:

16. *Suevia*, *Schwaben* / cuius urbes sunt: *Augusta Vindelicorum*, *Augsburg* / splendidissima & opulentissima, Comitibus [in primis dum anno 1530. 25. Junii *Protestantes* *Carolo V.* Imperatori, fidei suæ confessionem obtulerunt, unde dicitur *die Augspurgische Confession.*] clarissima, atque nobilis quoque, ob purioris argenti vasa, quæ sine exemplo nitide

con-

confecta ibi cernuntur. *Dillinga*, Acad. Jes.
Ulma, Academiâ, munitio & divitiis clara, de
 qua olim versiculi seq.

Benediger Macht /
 Augspurger Pracht /
 Straßburger Beschick /
 Nürnberger Wis /
 Ulmer Belt /
 Rühmt alle Welt.

Hala Suevorum, Schwäbisch Hall / *Heil-*
brunnna, ubi pulcherrima conficiuntur vitra,
Hehlbrunner Römer vulgo dicta, *Reutlinga*
Eslinga, *Dünckelspula*, quæ à *Dünckel*, i. e.
Zea, cujus ibi magna copia est, nomen habet,
Weisenburgum, *Donauverta*, *Papenheim*, *Oer-*
tinga ad *Wernitium*, Comitatus caput. *Nord-*
linga, *Nörtlingen* / *Bibracum*, *Rotvila-*
Memminga, *Constantia*, *Costnis* / Concilio
 anno 1414. ibi habito, celebris, *Überlinga*
Lindavium &c.

17. *Württembergie Ducatus*, cujus urbes
Stuttgart, Metropolis & Ducum Sedes, *Can-*
stadium, *Rotenburgum* ad *Nicrum* fluv. *Tü-*
binga, Ac. & Collegio Illustri, nobilis, *Schor-*
dorffium, ubi *Salinæ*.

18. *Mar-*

18. *Marchionatus Badensis*, Baden / ubi aquæ calidæ salutare. *Durlacum*, *Pfortzheim*.

19. *Alsatia Landgraviatus*, Elsas / in Superiori sunt: *Colmar* / *Schlettstatt* / *Münster* / *Türkheim* / *Känfersberg*. In Inferiori, *Argentoratum*, Acad. omnium munitio hodie facile princeps, ubi pulvis tormentarius, acetum & alia optime conficiuntur. *Hagen*, *Kronweissenburg* / *Elsas*, *Zabern* / *Molsheim*. In Suntgoia, *Mülhausen* / *Mas* / *Münster* / *Ottmarsen* / & *Ferrata*, vulgo *Pfirt*, Comitatus caput. In *Brisgoia*, *Friburgum*, Acad. *Brisacum*, ubi pons lapideus, in Rheno, *Offenburgum*, &c. In Comitatu *Montbeliard*, urbs ejusdem nominis, *Mumpelgard*.

20. *Palatinatus Rheni*, Electoralis seu Inferior, ad differentiam Superioris. Urbes cis-Rhenum sunt: *Heidelberg* ad *Nicrum*; Electorum Palatinorum Sedes, Arcem habet splendidam, & *Dolium*, in ea, enormis magnitudinis, 204. *Vehes*, 3. Capita & 16. mensuras, continens. *Franckenthalium*, oppidum munitissimum, *Neustatt an der Hart* / ubi genus vini nascitur, quod vulgo der *Gänsefüßer* appellatur. *Manheim*, nova & elegantissima

Acad. Jes.
iis clara, de

Hall / Heil-
untur vitra,
Reutlinga
nckel, i. e.
omen habet
enheim, Oe-
caput. Nord-
Rotvula
/ Concilio
Uberlinga
cujus urbes
Sedes, Can-
um fluv. Tu-
bilis, Schorn

18. Mar-

tissima civitas, optime munita, ad Nicrum sita, ubi pons est ductitius. *Bretta*, *Philippi Melanchthonis* patria, Tractus inter *Rhenum*, *Mosellam* & *Naham*, *der Hundsrück* dicitur.

21. *Franconia*, Germaniæ inferiori ex parte posset annumerari, (Turcis Germani dicuntur *Franci*.) Urbes sunt: *Herbipolis*, *Acad. Würzburg* / cum arce *Marienberg* satis benè munita. *Kitzingen*, *Anspach*, *Bamberg*, *Episcopi* Sedes, *Franconiæ* cella penaria. *Coburgum*, ubi hodie Dux *Albertus* Saxoniarum Sedem suam habet, *Bischoffsheim* / *Klingenberg* / ubi vinum optimum, *Müldenburg* / *Wertheim* / *Aschaffenburg* / Electoris *Mogunt.* ad *Mœn.* arcem habet splendidissimam. *Schvvinfurtum*, in centro *Franconiæ* ferè situm, *Celta*, Poëtæ patria, *Rotenburgum* ad *Tubarim*, *Francofurtum* ad *Mœn.* Libera Imperii Civitas, totius Europæ nundinis celeberrimis & Electione Imperatorum nobilitata.

II. GERMANIA INFERIOR.

Cujus Regiones sunt:

I. *Westrasia*, *Westrich* / Urbes. *Moguntia*, *Mann* / Acad. ad *Rheni* & *Mœni* confluentes.

fluentes. *Confluentia*, Coblenz / ad Rheni & Mosellæ confluentes, è cujus regione in altera ripa, munitissimum castrum, Ehrenbreitstein. *Wormatia*, Comitibus celebris, *Spira*, ubi Camera Imperialis. *Oppenheimium*, in cuius agro statua *Gustavi* Regis Suec. est. *Laudavia*, *Franckenthalium*, fortalitium optimum, *Neustatt* / *Ransers* & *lautern* / *Kreuznach* / *Bacherach* / ubi vinum nascitur generosum. *Jungolheim* / *Caroli M.* Patria, prope Moguntiam.

II. *Coloniensis* Archiepiscopatus & Electoratus, Urbes: *Colonia* Agrippina, *Cölln* / *Ac.* ubi pondera accuratissime confecta sunt, *Cöllnisch Gewicht* / hic trium SS. Regum reliquæ asservari dicuntur. *Bonna*, Electoris Sedes, [inter hanc & *Coloniam* propugnaculum fuit, *Pfaffenmuis* / in *Insula Krampenswerth*] *Ruys* / *Andernach* &c.

III. *Montensis* Ducatus, *Berge* / Urbes: *Düsseldorf* / *Solingen* / *Siburg* / *Essen* / Imperialis.

IV. *Ducatus Juliacensis*, cuius caput *Bülich* / ad *Ruram* fluv. in Agro ejus est quoque *Aix*, *Nach* / *Aquisgranum*. Ubi mos olim fuit, Imperatores inaugurare sub coronâ ferreâ,

in Templo pendente, quemadmodum Mediolani, argenteâ, & Romæ, aureâ.

V. *Leodiensis* Episcopatus, cujus metropolis *Leodium*, *Lüttich*.

VI. *Comitatus Hoorn & Mærs*, ab urbibus *Hoorn & Mørß* ita dicti.

VII. *Clivia Ducatus*, Urbes: *Elev/ Emmerich/ Keess/ Santen/ Buirich/ Under. Wesell/ Dunsburg*.

VII. *Belgium XVII*. Provincias habet, quæ continent *Ducatus 4. Comitatus 7. Dominiæ 5. & Marchionatum Imperii, 1.*

DUCATUS IV.

1. *Brabantia* continet urbes 26. quarum clariores sunt, *Berga ad Soomam, Bergenopsoom* urbs munitissima, *Breda*, in Baronatu Bredano, munitio celeberrima, urbium primaria. Sequuntur *Lovanium, Løven* / quæ hortus amœnitatum dicitur, Acad. in qua J. Lipsius docuit. *Bruxella*, figuram cordis habens, in qua *L'Academie Royal, Mechlinia, Sylva Ducis, Herzogen. Busch* / ampla & amœna, arte & naturâ munitissima. *Trajectum ad Mosam, Mastricht/ Gravia*, fortalium nobile. Sicut etiam *Lier. Isia*, J. Lipsii patria,

patria, ulnâ longiori utuntur incolæ & aceolæ.
Brabandische Elle. vulgo.

2. *Limburgum*, ubi casei conficiuntur deli-
 cati saporis. Urbes, *Falckenburgum* in Co-
 mitatu Falckenb: *Herzogerode*, urbs pulcher-
 rima. Caput est *Limburgum*.

3. *Luxemburgum*, cujus metropolis ejus-
 dem nominis manu violentâ à Rege Gall. an-
 no 1631. expugnata est, reliquæ sunt: *Arlon*,
Danvillers, *Theonville*, *Montmedy*, *Roche-*
fort, &c.

4. *Geldria*, Frugibus dives & pascuis læta;
Hispanica Geldria, caput est *Ruremunda*, ad
 Ruræ Mosæque confluentes, *Gelre* unde no-
 men Ducatus, *Venlo*, *Wachtendonc*, castel-
 lum, *Confœderata* urbes sunt: *Arnhemium*,
Neomagum, *Nimwegen* / Comitibus clarum,
Bommelia, *Tiel*. Fortalitium celeberrimum
Schoenckenschanz.

COMITATUS VII.

1. *Flandria*, 30. urbes habet, ex quibus
 claræ sunt: *Gandavum*, *Gend* / ad *Scaldim*,
 caput reliquarum, & maxima, continens in
 ambitu suo 3. mill. germ. & 35000. ædes, na-
 talibus *Caroli V.* clara. *Brûga*, *Brûgg* / *Ypra*,
E 3 Lille,

Lille, Tornacum & Douay, Alostum, Aelst / Slose, urbs maritima, *Ostenda*, obsidione, per 3. annos durante, clara. *Dunkerka*, piraticâ infamis, portum habet tutissimum. *Grevelinga* arce & portu nobilis, *Oudenarde, Nieuport, Middelburg, Biervliet, Guilielmi Beukelens* patria, qui primus haleces sale & muriâ condidit, unde *Bückling* dicuntur.

2. *Artesia, Aerschot* / gratæ temperiei regio, Urbes habet 10. ut sunt: *Atrebatum, Arras, S. Omer*, juxta hanc urbem lacus est, in quo Insulæ sunt natantes, *Betunia, Aria &c.*

3. *Hannonia, Hennegau* / ubi metallorum & marmorum copia, Urbes habet 24. quarum primaria *Moss* est, in colle sita, *Valensien*, ad *Scaldim* fluv. *Condé &c.* In Territorio *Cameracensi, Cambray*.

4. *Hollandia*, (Belgii totius ob commercia celeberrima, potentissima & opulentissima) *ein hohles Land* / dicta, quasi terra cava sit, sub equorum unguis tremens. Pascuorum ubertate celebraur, unde ingens lactis & butyri, in ea, copia, ex qua auri millionem quotannis colligunt; Est i. vel *Australis*, cujus urbs primaria *Dordracum*, Synodo clarissima. *Lugdunum Batavorum, Eryden / Acad.*

ocellus

ocellus
camp
dum
patri
Insul
Hag
ropa
ultra
Wor
& p
dict
exp
mi
cia
ria,
die
sur
alia
cta
un
pu
tra
m
be
lic
à

ocellus Hollandiæ dicitur, *Delfi*, harmonia campanarum celebris. *Roterodammum*, secundum, ab Amstelodamo, emporium, *Erasmi* patria, cujus statuta ænea, ibi visitur. *Briel*, in Insula *Vooln*, *Ganda*, (die Gaudische Käse.) *Haga Comitum*, ditissimus & pulcherrimus Europæ pagus, *Aurasiensis* Principis palatium & ultra 2000 ædificia complectens. *Gorckum*, *Worckum*, *Amstelodammum*, omnium maxima & potentissima urbs, forum haut immerito dicta, in quo omnia Terrarum Orbis pretiosa exponuntur, reditus annui 18. excedere aurum milliones, certum est, multa in ea sunt ædificia publica, Tempora scilicet splendidissima, *Curia*, quæ nulli in Europa cedit, item, *Bursa*, die *Boerse* / rigidioris disciplinæ ergastula, ut sunt: das *Zuchthaus* das *Spinnhaus* / & alia quamplurima, quæ in peculiari aliquo tractatu *Philipp à Besen* accuratè descripsit, tota urbs prælongis superstructa palis est, quapropter rhedis, rotis carentibus, utuntur, quæ trahis superimpositæ sunt. *Harlemum*, ubi mare, vulgo das *Harlemer Meer* / in hac urbe 25. millia hominum sunt, anno 1403. mulier quædam marina per plures annos in ea vixit, à piscatoribus capta, quæ opera domestica quidem

Delft/
 te, per
 pirati-
 greve-
 Nieu-
 Beuke-
 muriâ
 regio,
 Arras,
 n quo
 orum
 qua-
 Valen-
 errito-
 mercia
 ssima)
 va sit,
 torum
 & bu-
 quot-
 cujus
 larissi-
 Acad.
 ocellus

dem exsequi didicit, sed muta semper mansit;
Guicciardinus. Edam, ubi dat *Waterland*.
Enkhuisa, juxta quam halecum piscatio.
Alkmaria in Comitatu Hornano, *Horna*.

5. *Zeelandia*, in 7. Insulas præcipuas dividitur, 1. est *Walachia*, cujus caput *Mittelburgum*, *Flissinga*, *Seeburgum*, à Carolo V. extructum. 2. *Scaldia* ubi *Ziriksee* & *Boverhaven*. 3. *Zuydbevelandia*, ubi *Goës*, *Römersvualdia*. 4. *Nordbevelandia*, de'iciae Zeelandicæ olim, in quâ *Campen* & *Cortgene*. 5. *Wolfersduyk*. 6. *Duvelandia*, à columbarum copia ita dicta. 7. *Tolenia*, cujus urbs *Tolenia*, item *Dominia*, *Martinsduyk* & *Serpenisse*.

6. *Namurci Comitatus* parva regio, ferro dives, cujus Caput *Namurcum* ad Mosam, arce munitissimâ instructum, *Valencourt*, *Charlemont*.

7. *Zutphania Comitatus*, pars olim *Geldriæ*, cujus urbs primaria ad *Isalam* *Zütphaen*, reliquæ: *Grolla*, *Bredelforta* &c.

DOMINIA BELGII V.

1. *Frisia Occidentalis*, *West*, *Friesland*/ urbes complectitur 11. Metropolis est *Leovardia*, vel *Lovania*, *Löven*/ Ac, Confœderatorum

torum Sedes, *Harlinga*, portu celebris, *Frankera*, Ac. *Stavera*, *Sneka* &c.

2. *Mechlinia*, cujus caput *Mechlinia*, quæ inter nuditissimas numeranda est.

3. *Ultrajectum*, *Utrecht* / caput ejus est *Ultrajectum*, Ac. reliqua sunt: *Amhersfort*, *Montfort*, *Batavodurum*, &c.

4. *Transisalaniam*, *Ober*, *Wissel* / *Westphalia* versus occasum adhærens, urbes habet II. caput omnium *Davantria*, *Deventer* / est, sequuntur, *Svvol*, *Campana*, *Cœverdia*, munitio fere inexpugnabilis, *Hasseletum*.

5. *Græninga*, Metropolis in ea *Græninga* est, ædificiis excultissima, (hic tractus vulgo *Dimmelande* est) *Delfziel*, *Dammum*, vicus celebris, *Winschoten*, *Langacker schank* / fortalitia optima.

MARCHIONATUS I.

I. Marchionatum constituit *Antuverpia* *Antorf*, ad *Scaldim* arce, à Duce *Albano* extractâ, maxime nobilis, Templum Patrum *Soc. Jesu* in ea est, quo nullum pulchrius in toto orbe. Canes majores ibi vehiculis & curribus minoribus junguntur, quorum unus nullo negotio 500. librarum molem & ultra, avehere potest.

IX. *Frisia Orientalis seu Comitatus Embdanus*, quia Frisiis ad ortum contermina est, sic dicitur. Caput est *Embden am Dollert/Aurick*, Comitatus duo *fever & Esens*.

X. *Bremensis Archiepiscopatus*, inter visurgim & alvim situs. Urbes; *Brema*, Metropolis, *Stadium*, *Buxtehuda*, *Bremerferda*, Episcopi Sedes, Salmones ibi optimi, *Bremer Sachs*.

XI. *Westphalia, Ducatus*, Episcopatus & metropoles sunt: *Münster / Paderborn / Müden / Snabrigg / Berden / Comitatus Marchiæ, Oldenburg / Delmenherst / Schaumburg / Venheim / Waldeck / Bingen / Tecklenberg / Arnsberg / Dortmund / Hane / Diepholt / & von der Lippe*. Urbes reliquæ sunt: *Soest / Wartburg / Kinteln / auctoris patria, Hameln / ad visurgim, urbs munita, prodigio, (quod fabulam sapit) nota; Liberos scil. 130. à tympanista, conatu prorsus magico evocatos, terram absorbuisse &c.*

XII. *Hassia*, quæ vel *Superior* vel *Inferior*: Hæc *Heßen*. *Cassel* dicitur, cujus metrop. *Casella*, urbs splendida, cum arce, operibus munita, & Landgraviorum Sedes. *Marpurgum*, Ac. & Arce clarum, Templo etiam D.

Elisa-

ius urbes: *Magdeburgum, Hala*, salis cocti-
one maxime celebris, *Acken/ Staßfurt/ &c.*

3. *Anhaltinus Principatus*, ubi *Dessau/*
Principum Sedes, Bernburg cum Baronatu,
Zerbst/ cerevisiæ coctione c. lebris, Aschers-
leben/ cum Comitatu Ascania.

4. *Barby Comitatus* sub *Episcopatu Mag-*
deburgensi.

5. *Comitatus Mansfeldia*, sub quo sunt alii;
Arnberg/ Querfurt/ Weim &c. Urbes sunt:
Eisleben / B. Lutheri patria, Mansfeld /
Wipra/ &c.

XX. *Brunsvicensis Ducatus*, cujus caput
Brunsvicum, seu Brunonis vicus, hîc cerevisia
optima est, vulgo, die *Braunschweigische*
Münne/ Halberstatt/ Hildesheim/ Hannos-
ver/ Goslar / Imperialis, Helmstatt/ Acad.
in hoc districtu aliud cerevisiæ genus est, der
Brühan / delicati saporis, Wolfenbüttel/
Bibliotheca instructissima atque magnificen-
tissima, nobilis Civitas. Principatus Calen-
berg, ubi Aix Calenberg, ad Leinam, Nore-
heim, Göttingen; Principatus Gröbenhagensis,
in quo sunt: *Osterroda cum Arce, Clausthal,*
ubi argenti fodinæ, *Hertzberg, Principum*
Sedes.

XXI. *Lüneburgensis Ducatus*, Urbes: *Lüneburgum*, salis fontibus celebre, *Cella*, Ducum Sedes, in hoc districtu, vulgo *Lüneburger Heide* in abundantia sunt *Cervi*, *Capreae*, *Platicerotes* &c. diversa quoque *Teritrophea*, in quibus varii generis volucres asservantur, quas inter phasiani pulcherrimi sunt.

XXII. *Lauenburgensis Ducatus*, cujus caput *Lauenburg*.

XXIII. *Holsatia*, à ligni frequentia sic dicta, cujus 4. partes sunt sequentes: 1. *Holsatia* propriè sic dicta, 2. *Dietmarsia*, 3. *Stormaria*, & 4. *Wagria*, urbes sunt: *Kiel* Academia & Arce clara, etiam nundinis, (*der Kieker Umbs blaag*) *Eth eswia* juxta quam Arx *Gottorpiensis*, Ducum Sedes, in qua *Technomatophylacium* plurima continens rara ac pretiosa à manu artificis & natura producta, atque ex Persia, aliisque Oris eo delata. Item *Viridarium*, cujus ambulationes subdiales & pergulae perelegantes, majorem tamen laudem meretur maximus ille atque artificiosissimus *Globus*, in peculiari *Viridarii* hujus domo constitutus, terræ universæ, in convexa sua superficie, in concava vero, cœli, faciem, accuratissimè representans, ubi motus stellarum

larum inauratarum à 6. vel 8. personis intus
 observari potest, mensæ, cujus superficies ho-
 rizontis loco est, assidentibus, quæque cum
 scamnis ea fini axi imposita, immota manet,
 licet globus continuè ab assidentium aliquo
 circumvertatur, quod sane peramœnum est.
 Glensburg / Rensburg / Eckensford / in pen-
 insula, portu clara, atq; *cerevisiâ*, (Cacabella)
 de qua Rachelius in Panegyri sua Menippea.
 pag. 61.

*Cum bibis hanc, geminis laxa femoralia nodis,
 Illa moram nescit lubrica ferre Ceres.*

Zehe / Lunden / Meldorp / Brunsbüttel /
 Crempe / Glückstatt / munitione celebris.
 Pinneberg / Hamburg / emporium totius
 Germaniæ, Amstelodamo excepto, opulen-
 tissimum & nobilissimum, ad Albim situm,
 Portu gaudet satis capaci, ubi Domus elegans
 est, der Boom / quousque naves per albis
 æstuarium subvehuntur; Clara præterea in
 eo sunt: Templum S. Petri, Jacobi, Nicolai,
 Catharinæ, Michaelis, &c. quorum Turres
 architectonicis regulis conformes, aliis nil
 cedunt; illius ad D. Nicolai fastigium, 6. glo-
 bis impositum, superbit, deauratis, 6. am-
 phoras (tonnen) capientibus, campanularum
 insuper

insuper concentu pulcherrimo, condecoratum, neque silentio prætereunda illa ad D. Catharinæ est, cujus fastigium coronæ orichalceæ inauratæ atque maxime splendenti superstructum; Bursa, die Börse / Bibliotheca instructissima, Armamentarium optimum, Machina aquæ ductoria, Ergastula varia, das Zuchthaus / das Spinnhaus &c. hanc *Lubeca* sequitur, ad *Travam*, emporium quoque florentissimum, quod multa ædificia publica splendidissima habet, quæ inter familiam ducere videtur Templum S. Mariæ amplissimum, cujus horologium & organum pneumaticum non absque magnis sumtibus constructa sunt, neque admiratione indigna; munitione præterea clara est, maxime verò purioris doctrinæ atque fidei orthodoxæ propagatione.

XXIV. *Mecklenburgensis Ducatus*, cujus Urbes: *Wismaria*, portu, ad mare Balticum, commodo, satis celebris, cum munimento, *Ballfisch*. *Rostochium*, Ac. atque Ducatus caput *Güstrau*, Ducum Sedes. *Suerin*, Episcopatu & Ducum sede clara, huc pertinet, *Ratzburgum* cum Episcopatu suo, ubi cerevisia, vulgo *Rummeldeus* / optima.

XXV.

XXV. *Pomerania*, vel dividitur in 7. partes, vel ratione situs, juxta *Viadri* ripas, in *anterior*em, versus occasum, & *posterior*em, versus ortum. Urbes sunt: *Stettin*, obsidione clara, *Stralsund*, urbs maritima, optimè munita, *Gripswald*, Ac. *Wollin*, *Camin*, ad sinum maris Baltici cognominem, *Colberg* in ulteriori *Pomerania*, *Wolgast*, *Bart*, de cujus cerevisia *Rachelius* in *Paneg. sua Menipp.* pag. 61. ita:

*Hanc fatuam dicas, iterentur pocula bis, ter,
Jam geminos cernent lumina capta viros.*

XXVI. *Pomerellia*, cujus urbes sunt: *Buda*, *Stargard*, ad *Innam*, fl. sita, propugnacula habet satis valida, in *Ducatu Meckelburgensi* civitas ejusdem nominis est, quæ ad differ. dicitur *Alt. Stargart / Neuvengburg*.

XXVII. *Prussia Ducatus*, qui vel *Regalis*, cujus Urbes: *Dantiscum*, vel *Gedanum*, totius Regni granarium, mœnibus, fossâ & vallemunitissimum, 20. habens propugnacula, 2. Armamentaria, pontes, ad singulas portas, versatiles tres, & molam aquariam octodecimam, (*Eine Mühl von 18. Bängen.*) &c. *Thorn*, *Torunium*, ad *Vistulam*, nundinis clarum,

rum, *Golup, Strasburg, Marienburg*, munimentum firmissimum, *Elbinga*, ad fluv. *Elbing* sita, Anglorum negotiatione clara, *Holland, Braunsberg, &c.* Vel *Ducalis*; Ubi *Mons Regius, Königsberg* ad *Pregelum*, Ac. & Aulâ Ducali celebris, in qua Bibliotheca, cujus libri plurimi argento contecti sunt; Conclave quoque celebre est, arcubus adornatum atque fornicibus, continens in sua longitudine passus 166. & 30. in latitud. nullis columnis innixum. *Fischhausen*, juxta quam in litore opposito maris Baltici, flante Zephyro, succinum colligitur. *Brandeburg, Memmela*, ad *Croni* sive *Memmela fl.* & sinus *Curlandia* ostia, sita.

* HANSEATICÆ URBES, *Les villes Anzeatiques, Hanse, Städte* vel ab antiquo *Hansa*, i. e. *Eine Versammlung* vel à Vocabulo Teutonico *Hansa*, h. e. *Eine Befreyung* dictæ, (sub *Friderico II.* post piratica *Danorum* & *Normannorum* bella, societatem iniverunt, collatisque pecuniis, classem instruxerunt, sed fama earum imminuta hodie valde est:) In quatuor distinctæ sunt *Classes*, 1. *Lubecensem*, 2. *Coloniensem*, 3. *Brunsvicensem*, & 4. *Dantiscanam*, quibus urbes 60. & ultra, fœdere junctæ

junctæ sunt: 1. Classis caput est LUBECA,
 huc pertinent civitates seq. *Hamburg, Rostock,
 Wismar, Stralsund, Lüneburg, Stettin, Ancklā,
 Golnan, Gripswald, Colberg, Stargard, &
 Stolpe.* 2. Classis caput est COLONIA
 AGRIPPINA, quo pertinent: *Cleev, Wesel,
 Duysburg, Emmerich, Wargen, Unna, Hamm,
 Münster, Osnabrügg, Dortmund, Soest, Her-
 fort, Paderborn, Lemgo, Bilefeld, Lipp, Gos-
 feld, Nimmegen, Zütphen, Rourmund, Arn-
 heim, Venlo, Elburg, Hardevvick, Deventer,
 Campen, Suvoll, Groningen, Bolsuverd, &
 Stavern.* 3. Classis caput est BRUNSVI-
 CUM, cui accensentur: *Magdeburg, Gos-
 lar, Embec, Gottingen, Hildesheim, Hanno-
 ver, Buxtehud, Staden, Bremen, Hameln, &
 Minden.* 4. Classis caput est DANTISCUM,
 quo referuntur: *Konigsberg, Colmar, Thorn,
 Elbing, Brunsberg, Riga, Derpt, Reval, &
 Bergen,* quarum omnium atque totius fœde-
 ris Hanseatici caput est LUBECA.

* Cluver. *Germ. Antiqu.* Ejusd. *Introd. in Geogr.*
Lib. III. p. 200. Morisot, pag. 258. 259. Atl. Contr.
Janson. Tom. I. à Tab. 19. ad 73. Atl. Min. Part. I. p.
176. Mallet. Part. V. p. 31. Schultbes. Lib. II. p. 208.
Laet Belgium Confœderatum &c.

CAP. V.

DE ANGLIA, SCOTIA
& HYBERNIA.*Earumq; Situ, Fluviiis, Termini-
nis, Magnitudine, Divisione
& Urbibus.*

1. **A**nglia, vulgo Engelland / (Cereris Sedes vocata, quia ad miraculum fertilis est, nullos lupos habet, equos econtra velocissimos (Cester) oves in abundantia, quarum lana toto orbe præstantissima, unde maximam auri vim colligit, ut vellus aureum habere dicatur,) una cum Scotia, Schottland / major Britannia vel Albion dicta, sita est sub Zona Temper. Sept:

2. Fluvii Angliæ sunt : 1. *Tamesis*, die *Tems* / (cui nomen hoc alii duo fluvii, Tama & Isis, prope Dorcestriam confluentes, faciunt,) in orientem fluit, vastoq; adepto alveo, infra Grenvicum, Grinwich, divulsis aggeribus, pluriina dissipans terræ jugera, in Oceanum se Germanicum effundit, 2. *Sabrina*, *Savern* / è monte Plinlimon, in Comitatu Montgommeria ortus, aliisque annibus au-
ctus,

ctus, Mare Hybernicum subit, 3. *Deveruil*, in Wiltshire, in terræ cuniculos sese condere, & post mille passus iterum erumpere, dicitur.

3. Termini sunt: ab *Ortu*, Mare Germanicum, à *Mer.* la Manche, ab *Occasu*, Mare Hybernicum, & à *Sept.* Scotia.

4. Longitudo ejus à promontorio *Weymouth*, prope *Dortcestriam*, ad *Neucastle*, est mill. germ. 90.

5. Latitudo ab oppido *S. Davidis* (*S. Davis*) ad *Yarmouth*, est mill. germ. circiter 70.

6. Dividitur in duas partes *Angliam* & *Walliam*.

I. *Anglia* proprie sic dicta, continet Comitatus & Urbes seqq. (1) *Nordumberland*, ubi *Neucastle*, (2) *Durham*, (3) *York*. *Eboracum*, urbs, (4) *Lincolne*, cum civitatibus suis, (5) *Norfolk*, ubi *Norvvich*, (6) *Suffolk*, in quo *Ipsuviche*, (7) *Essex*, *Dost. Sachsen* / ubi *Colchester*, (8) *Kent*, cujus urbes *Canterbury* & *Dover*, quo naves solvunt in *Galliam*, (9) *Sussex*, *Sud. Sachsen* / cujus urbs primaria *Chechester*, (juxta *Insulam Wight*, in qua *Neuport*, munitione clara, ubi *Carolus I.* captivus detentus, & postmodum *Londinum* dedu-

deductus, atq; capite plexus est) *Portsmouth* &c. (10) *Dorchester*, cum urbe ejusdem nominis, (11) *Devon*, in quo *Excester*, (12) *Cornuall*, ubi *Pleymouth*, Portu celebris, (13) *Somerfet*, in quo *Welles*, (14) *Monmouth*, cujus urbes: *Monmouth*, *Usk*, (15) *Hereford*, (16) *Schrowesbury*, (17) *Lancaster*, cum urbibus (18) *Westmorland*, ubi *Appleby*, (19) *Cumberland*, in quo *Carlisle*, juxta murum, ab Oceano Germanico ad Hybernicum deductum, qui ab indigenis *Keepewal*, murus custodiae vel *Mur Sever*, dr. (20) *Darby*, (21) *Nottingham*, (22) *Lecester*, eorumque urbes. (23) *Ruland*, ubi *Okcham*, (24) *Northampton*, cum urbe primaria, (25) *Cambridge*, in quo *Eli & Cambridge*, hæc Acad. clara est, in qua collegia numerantur XIV. quorum pulcherrimum est, *Coll. SS. Trinitatis*, (26) *Huntingon*, (27) *Bedford*, (28) *Hartford*, cum urbibus (29) *Middelfex*, *Mittel Sachsen* in quo *Londinum* (*London*) totius Regni caput, urbs ad *Tamesin* fluv. (*Thames*) splendidissima, in qua 350. millia incolarum numerantur, & 121. *Templa* parochialia; *Plateæ* ad amussim extructæ, elegantes sunt, longiores 5. vel 6. mille passus continent,

nent
Bridg
eâ dif
quan
forni
passu
munc
culis
tur R
stratu
cha, u
11.
splen
1676
(the
pliffu
in the
tis, p
est, m
peran
cherr
china
Exch
se,) d
mus a
Hospit

nent, *Pons Lapidæus* miræ est structuræ (*the Bridge*,) super cujus dorso domicilia utrinq;
 eâ dispositione cernuntur, ut plateæ potius, quam pontis speciem exhibeat, 19. fultus est
 fornicibus, continens in longitudine sua, 336. passus. Templum (*Westminster*) quod totius
 mundi maximum dicitur, septem ejus miraculis accensendum nonnulli putant, sepeliun-
 tur Reges in eo, atque *Lapis subniger* mon-
 stratur, quo pulvinaris loco, *Jacobus Patriar-*
cha, usus fuisse, dicitur, de quo Gen. XXVIII.
 11. *Templum S. Pauli*, quod inter Europæ
 splendidissima nequaquam postremum, anno
 1676. incendio conflagravit: *Palatium Regis*
 (*the White Hall*.) Magnificum est atque am-
 plissimum, juxta quod Carolus I. anno 1649,
 in theatro (*Scaffold vel stage*.) securi, à subdi-
 tis, percussus est. E. regione *Hortus Regius*
 est, mirâ amœnitate & amplitudine omnes su-
 perans, *Curia municipalis*, (*Guild Hall*.) pul-
 cherrima; Præterea laudem merentur: *Ma-*
china aquaria (*T water house*) *Bursa* (*Royal*
Exchange.) *Comitium*, (*the Parliament-hou-*
se.) das Ober- und Under-Parlament/ Do-
 mus augusta. *Turris sive Arx* (*the Tower*.)
Hospitalia, *Ergastula*, *Popine*, *Mole*, quarum
 F rotas

rotas canes versant, aliaque: ad Tamesin quo-
 que *Windsoria* est, in quo quotannis, die scil.
 S. Georgii, *Equites ordinis Garterii*, die Ritter
 des güldenen Hosenbands/ convenire solent.
 (30) Surrey, ubi *Richmond*, (31) Berck vel
 Barck, in quo *Abbington*, (32) Wilt, cujus
 caput *Salesbury*, (33) Gloucester, ubi *Glocester*,
Bristol, (34) Worcester, cum urbe sua. (35)
 Stafford, cujus urbes: *Stafford*, *Lechfeld*, &c.
 (36) Warwick, in quo *Coventre* urbs pri-
 maria, (37) Buckingham, cum urbe ejusdem
 nominis & (38) Oxford, cujus caput *Oxford*,
Oxonium, Acad. clarum, in qua tempore E-
 duarti I. 30000. *Studiosi*, numerati sunt, Col-
 legia habet XVIII. quorum aditus horâ 9
 vespertinâ, ad pulsum campanæ, clauduntur,
 atque Studiosi serius venientes, pœnâ affici-
 untur. *Reading*, ad Tamesin, in cujus vicin-
 ia *Monasterium* posuit Henricus I. in quo
 una cum filia Matilde sepultus est, quæ Hen-
 rici IV. Uxor & Henrici II. mater fuit, quarum
 sepulchro ejus sequentia fuerunt incisa:

*Magna ortu, majorque Viro, sed maxima partem,
 Hic jacet Henrici filia, sponsa, parens.*

II. Principatus Galles, Walles incolis ve
 Cambria dictus, duas habet partes, *Mor*
Walles

Wales & South Wales : Comitatus sunt
 seqq. (1) Denbigh, (2) Fleind, (3) Montgo-
 mery, (4) Brechnoke, cum urbibus suis. (5)
 Glamorgan, cujus urbes : *Landaff, Cardiffe,*
 (6) Caermarden, (7) Pembrock, (8) Cardin-
 gan, cum urbibus suis, juxta civ. Pembrock
 est *Portus, [Mylford-Haven,]* tutissimus &
 optimus.

II. SCOTIA.

I. *Scotia, [Schottland]* Angliæ boream
 versus adhærens [multos habet *equos*, etiam
boves sylvestres candidos, Leonum instar ju-
 batos, atque miræ magnitudinis, quorum
 pinguedo olei instar & liquida semper est,
 nullos *glives*, ferocissimos econtra *lupos*, La-
 cum, Lomundum nomine, in Lelgovia, in
 quo tria miranda, 1. fluctus acerrimi sine ven-
 to, 2. pisces sine pinnis & 3. Insula natans, pe-
 cori pascendo sufficiens,] sita est sub Zona
 temp. S.

2. Fluvii sunt: 1. *Tueda*, 2. *Sulveio*, Sco-
 tiam ab Anglia dirimentes, Reliqui minores
 sunt, 3. *Dee*, 4. *Done*, 5. *Tayn*, 6. *Clyde* &c.

3. Terminii sunt, ab *Ortu*, Oceanus Ger-
 manicus, à *Merid.* Anglia, ab *Occ.* Insulæ

Yla, Sura, Mula, Skie & à *Septentr.* Insulæ Orcades.

4. Longitudo ejus, à promontorio, the Mule of Galloway, ad promontor. Dunsbyheat, juxta Orcades, est mill. germ. 70.

5. Latitudo ab urbe Meere juxta Ins. Mulam, ad Buquham, mill. germ. circiter 50.

6. Dividitur à monte Grampio in partem *Australem & Borealem*: Partis *Australis* Provinciae sunt: (1) Marches, cujus oppida *Barwick, Lamerton, &c.* (2) Louthian, cujus caput, *Edynburgum*, (*Edimbrovv*,) Sede Regiâ clarum atque in monte situm est, quo de ultra centum arces atque castella conspici possunt, in monte editiori est *Castrum puellarum*, in quo olim Scotiae Regum filiae atque Nobilium, ad discendas artes manuaras, arctè asservabantur. (3) Galloway, in qua *Galloway*, prom. & *Whithorne*, (4) Cuningham, ubi *Yrruven & Ayr*. (5) Striveling, urbs primaria est *Sterling*: in qua liberi Regii olim educari solebant, (6) Lenox, ubi *Glasquo*, Ac. & Archiepiscopatu clara, (7) Mentheith, in qua *Cambelca*, (8) *Fyse*, ubi *S. Andrea*, Acad. (9) Broad Albayn, in qua *Foyre, &c.* (10) Cantyr, in qua *Sandelca* intra Insulas,

Partis

Partis *Borealis* Provinciae sunt: (1) Angustia, in qua *Brechin, Dunde*, (2) *Marnia*, ubi *Aberdone*, non procul ab ostio fluv. *Dee*, (3) *Bughane*, in qua *Aberdonia*, (*Aberdeen*) *Ac. clara* ad ostium fluvii *Done*. (4) *Loquhaber*, cujus urbs, *Kyneail*, (5) *Murray*, ubi *Lacus Nessus*, qui nullis frigoribus congelatur, sed glaciei potius fragmenta, aquarum suarum tempore brevi solvit. (6) *Rosse*, in qua *Tayn* ad fluv. *Tayn*. (7) *Sutherland*, cujus oppida maritima sunt: *Dorno & Clyne*, hinc montes candidi marmoris sunt, (8) *Caithnes*, ubi prom. (*Dunesby head*) & *Catnes*, Castellum ad mare. (9) *Stranavern*, i. e. *Vallis Naverniae*, in qua aliquot castra versus *Orcades*.

III. HYBERNIA.

1. *Hybernia*, (*Irland*) *Erin* incolis dicta, (*Coelum* habet blandum & mite, atq; *pascua* optima, *Ligna* toto orbe praestantissima profert, à carie, vermibus & araneorum telis, immunia, *Capris* caret atque *damis*, neque animalia noxia, praeter *lupos & vulpes*, in ea reperiuntur, neque venenata, quæque, quod magis est, aliunde invecata, minimè alit. *Terræ motus* nunquam ibi observantur, atq; in anno

tonitrua audiuntur vix semel,) sita est intra Zonam temperatam S.

2. Fluvii præcipui sunt 1. *Sianennus* (Schenon) qui, per Connatiam fluens, longisq; terrarum excursibus, Lacus & Insulas, ultra 20. efficiens, Oceanum Occidentalem subit. 2. *Meire* in Mononia, 3. *Birgus* vel *Barovv*, 4. *Severus* vel *Suvir*, 5. *Slana*, qui sunt in Lage-
nia: 6. *Boandus* sive *Boyn*, in Media, 7. *Banna*, & *Liffer* in Ultonia &c.

3. Termini ejus sunt: ab *Ortu* Mare internum, à *Mer.* ab *Occasu* & à *Sept.* reliquæ Oceani partes.

4. Longitudo ejus à Cap. Perles, ad portum Scheephaven incolis dictum, est millar. germ. fere 60.

5. Latitudo, à freto S. Gregorii ad Dublinum, mill. germ. 30.

6. Dividitur in V. Regiones, quæ 33. Comitatus complectuntur: Prima est *Ultonia*, *Ulster*, ubi *specus* est *subterranea*, quæ purgatorium S. *Patricii* dicitur. 2. *Connacia*, *Connagt*, in qua 6. sunt Comitatus. 3. *Media*, *Methe*, quæ horreum dicitur Hyberniæ, ob agri fertilitatem. Caput ejus est *Dublinium*, *Balladich*, urbs optimè munita, Sede Pro-
Regis,

Regis
Temp
Leiste
Mon
tatus
* C
Contr.
I. p. 13

Ej

1. I
bantu
nro C
hæc
bus, c
rata S
2.
Jutla
nisi R
3.

Regis, Academia & Portu clara, 15. habet
 Templa, 6. Portas & suburbia. 4. *Lagenia*
Zeister / complectitur 7. Comitatus, &c. & 5.
Mononia, optima Hyberniæ pars, 7. Comi-
 tatus continens.

* *Cluv. Lib. II. p. 184. Mallct. Part. V. p. 1. Atl.*
Contr. Jansf. Tom I. Tab. 74. & seqq. Atl. Min. Part.
I. p. 13. du Val. Part. II. p. 399. Zeiler. Tract. Spec.

CAP. VI.

DE DANIA.

Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Urbibus.

1. **D**Ania, vulgo *Dennemarck* / à *Danis*
 sive *Codanis*, (qui *Testoni* olim voca-
 bantur,) unde & Sinus *Lubecam* versus, (*Si-*
nus Codanus) nomen traxit, ita dicta, eo quod
 hæc Regna, sub Germania, Taciti tempori-
 bus, continebantur, sita est sub Zona tempe-
 rata S.

2. Fluvios non multos habet, 1. est *Ripa* in
Jutlandia, ubi etiam 2. *Eidora*: In Insulis non
 nisi Rivuli sunt.

3. Termini *Jutia* sunt, ab *Ort*: fretum, vul-

go *Mittelfahrt*, Sund / à *Merid.* fluv. *Eido-*
ra, ab *Occas.* & *Sept.* mare *Germanicum*.

4. Longitudo ejus à promont. *Schagen*,
Holsatiam versus est mill. germ. 53.

5. Latitudo quæ inæqualis, alibi est 10. vel
 14. alibi 16. mill. germ.

6. Dividitur hoc Regnum in tres partes,
 quarum I. *Dania Occidua*, *West*, *Dennemarck* /
Jutia à *Jutis* dicta, qui è *Sueciæ* Regno eo ve-
 nêrunt, & *Cimbrica Chersonesus*, ab incolis
Cimbris, qui olim ibi habitaverunt, atque,
 quia ex una parte *Germaniæ* adhæret: *Hæc*
 dividitur in *Jutiam Austral.* & *Boreal.* illa
 (*Nortalbinga* quoque dicta, quia *Albi* fluvio
 à *Germania* separatur,) continet *Holsatiam*,
 cum *Dietmarsia*, & *Schleswicensem Comi-*
tatum, de quibus supra p. 112. actum est, in
 descriptione *Germaniæ*, cujus partes, ratione
 linguæ quoque sunt: In *Boreali Jutia* sunt:
Ripa, ad *Nipsam*, Portum habens atque *Ca-*
stellum munitum, *Coldinga*, ad fretum *Mit-*
telfarth, Arcem *Arnsburg* ibi extruxit *Chri-*
stianus III. *Fiderichsodda*, *Friderici III.* auspi-
 ciis condita, anno 58. à *Suecis* occupata, &
 anno seq. exusta est, postea vero è cineribus

pul-

pulchrior surrexit. *Wedel*, & versus Occid:
Warda, *Holsterbroa*, *Viburgum*, Episcopi Se-
de & tribunali Triumvirorum clarum. *Ven-*
süffel, quasi Vandalorum Sedes, ad fl. *Ryaa-*
Seby, ad litus, & *Scagen*, oppidum ad extre-
mum Regni promontorium.

II. *Media Dania*, sive *Insularis*, in qua
continentur. (1) *Fionia*, *Sünen* / ubi opp. *Af-*
sens, juxta fretum, *der kleine Belt* / quo naves
solvunt, in *Jutiam* tendentes, *Ottonium*, *Od-*
densee / Episcopatu clarum atque insulæ caput
est, *Neoburgum*, *Nyborg* / (ubi *Telonium*),
unde trajectus in *Zeelandiam*; Ad Episcopa-
tum *Fionia* pertinent Insulæ seq. 1. *Langlan-*
dia, à longitudine, quæ 7. continet milliaria,
nomen habens, in qua est *Rutköeping*. 2. *La-*
landia, in qua *Nascoa*, *Naxkovv*, cum arce,
nobile cœnobium *Maribog*, &c. 3. *Falstria*,
urbes sunt: *Nykoping*, *Stubbekoping*, &c. 4.
Tassinga, unius milliariis longa, juxta *Sueno-*
burgum, & 5. *Arria*, vulgo *Arr* / in qua est
arx *Köpinga*. Reliquæ, *Baltici maris*, *Insulæ*
sunt: *Alsa*, *Alsen*, in qua *Sonderburgum*, *Du-*
cum Sedes, *Fimbria*, *Femern*, ad *Holsatiam*,
Rügia, *Rügen*, ad *Pomeraniam*, *Bornholm*, in
qua sunt: *Nex*, *Rattenby*, *Suanke* & *Palatium*

Regium, *Hamerghausen* / ad litora hujus Insulæ opes haut raro ex naufragiis colliguntur. (2) *Zeelandia*, in qua totius Regni metropolis, *Hafnia*, quæ parvis primo, initiis crevit, atq; *Stegelburgum* appellata fuit, deinde, cum non modo piscatorum casis, sed & mercatorum ædibus locus auctus esset, *Kiobmanshaven*, i. e. mercatorum portus cœpit appellari, atque hodie Germanis dicitur *Koppenhagen*, Ac. & Sede Regiâ celebris est, & portus habet commodum, *Templa* splendida & *Turres* elegantissimas, quas inter una est, quæ nullos gradus habet, ad cuius fastigium acclive rhedâ pervenitur, alia deinde, in qua visuntur globi tormentarii deaurati quinque, à Suecis eo adacti, in obsidionis memoriam, anno 1658. fortiter ab incolis sustentæ; Armamentarium instructissimum, cui in Europa pauca similia, Viridarium Regium amœnissimum; Urbi huic novum oppidum ponte sublicio jungitur, (*Christianshaven* /) in Insula *Amaga*, (*Nautis*, *Dræker*, dicta, atque leporum venationibus opportuna,) situm. *Corsör*, ad fretum Balticum, *der grosse Belt* / *Slagel*, *Sora*, ubi Ac. Equestris, *Ringstadium*, *Rotschildia*, (cujus templum cathedrale amplissimum,)

Regum

Regum & Principum monumentis clara est, *Frederichsburgum*, in quo arx Regia magnifica, quam Fridericus II. & Christianus IV. exquisitissimo opere perfecerunt, statuarum, variis, atque picturarum, ornamentis, elegantissime exornaverunt, auro præterea atque argento, cardines, obices, cancellos, aliaque confici curaverunt. *Elsenhör*, celebris navium appulsu locus, ad fretum *Oresundam*, *der Sund*; Per hoc fretum omnia majora navigia, totius Europæ, quæ in Suecicum vel Orientale mare properant, aut inde redeunt, transire, arcemque velis demissis, atque jactâ anchorâ, debitum Regi vectigal pendendo, (nisi bonorum amissionem incurrere velint,) cohonestare tenentur; *Croneburgum*, Arx, omnium, quotquot in Dania sunt munitissima, situ & opere adeo mirabili, ut inter inexpugnabiles censeatur, passim circa eandem in pluteis tormenta ænea sunt, aliaque machinæ grandiores, & colubri, ad navium introitum aut egressum, si opus fuerit, inhibendum. *Insula* reliquæ minores sunt: *Mona*, vulgo *Menn*, candidis cretæ montibus late in Oceano conspicua, urbem habens unam, quæ *Stega* dicitur, & arcem Regiam, *Elmetundam*,

dam, à Falstria Insulam hanc viride fretum, vulgo *Groensund*, dividit, & à Selandia, Luporum fretum, vulgo *Wolvengat*. *Southolm*, è regione Amag, & *Huena, Ween*. Insula, quæ licet alta & edita sit, superius tamen in planitiem sternitur, neq; scopulosa ullibi, sed optimarum frugum ferax est, alens damas, cuniculos, perdices &c. magna in copia, *Urani-burgo*, Arce pulcherrimâ, Tychonis Brahe Sede, celebris, fontem dulcem habet, qui nunquam glacie obducitur, glires nullos.

* *Schulthes. p. 306. Jansf. Atl. Contr. Tom 1. Tab. 16. 17. Atl. Min. P. I. pag. 151. Mall. Lib. VI. pag. 9. Fournier. p. 51. Laet. Tract. Spec.*

CAP. VII.

DE NORWEGIA.

Ejusque Situ, Fluvii, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

I. **N**ORWEGIA, *Norwegen* / vel *Noort-Norwegen* / Incolis: *Norige* vel *Norge*, Terra vasta & aspera, imo Saxo sterili & sylvis ingentibus, horrida, qua maximam partem sub Zona Temp. Sept. sita est, reliqua vero ejus pars, intra Zon. Frigid. Sept.

2. Fluvii ejus celebres sunt *Teno*, *Glanna* & *Nidero*.

3. Termini : *ab Ortu*, Suecia, vel mons *Sevo*, cujus partes 4. ab accolis nominantur; 1. *Fille Fiell*. 2. *Dofre Fiell*. 3. *Runt Fiell*. & 4. *Skars Fiell*. à Merid. Daniae Provinciae, & maris tractus, *das Rattengatt* / vel *Ragenloch* / dictus, ab *Occ.* & *Sept.* Oceanus.

4. Longitudo ejus est ultra 135. mill. germ. per circulum polarem ad *Finnmarchiam* usque.

5. Latitudo maxima, est 45. mill. germ.

6. Dividitur in V. Provincias, (1) est *Bahusia*, de qua infra, Capite VIII. de Suecia, quia non sub Regno Daniae est, sed ab anno 1658, subest Regno Sueciae. (2) *Aggershusia*, sub cujus praefectura est *Alsloa*, Episcopi Sedes, incolis *Opslo*, exteris, *Anslo*, cujus loco, postquam exusta fuit, novam, Rex, *Christianus IV.* restituit urbem, *Christianam*; Praeterea in ea sunt; *Tonsberga* *Friderichstatt*, *Shin* vel *Shon*, &c. (3) *Bergenshusia*; *Arx* & urbs *Berga*, à piscis *Bergensis* copia [*Stocfisch*] atque mercatu celebris, portum habet eximium, hic dies longissimus 20, & brevissimus 4. horarum est, *Hanseatici Mercatores*, eam

eam urbis partem universam, quam *Garten* vocant, occupant, uti sunt: Lubecenses, Dantiscani, Hamburgenses, Colonienses, Bremenses, aliique; quo autem numerus eorum, intra modum consistat, mercatorum, quos *Garpen* indigenæ vocant, certos ludos excogitaverunt, ad eos, deliciares imprimis, deterrendos, *Gantenspill* vulgo dictos, in quibus aut virgis cæduntur, aut in fumum suspenduntur, aut aquis immerguntur vel in cœnum conjiciuntur, antequam ipsis permittatur, merces suas ibidem exponere. *Stafangar*, oppidum, huc pertinent *Sundhornleen*, *Noorthornleen*, *Soghne*, *Sundfiorde*, *Noortfiorde*, &c. (4) *Nidrosia*, à *Nidero* fluvio & *Rosa*, quod Templi nomen est, ita dicta, vulgo *Druntheim*, amplas habet præfecturas. superbissimi illius quondam Templi rudera adhuc extantia, argumenta sunt pristinae felicitatis, (5) & ultima Provincia & Arx est *Wardhusia* in Insula *Warda*, sub 73. gr. latitud. in Lappia. Notatu dignus est *Euripus* omnium celeberrimus, sub gr. Long 30. 9'. Latitud. 65½. vulgo dicitur *Maelftrohm* / dictus, qui in circuitu suo 10. milliaria habere fertur; atque tantam, in motu suo, violentiam irresistibilem, ut aquas, balæ-

balæ
prop
totio
rat,
gyra
tus
prof
est,
Proc
rend
M. L
pent
suter
cont
esse h
marc
duas
quæ
subje
*
Jans.
p. 110

balænas, naves onerarias, aliaque, quæ appropinquant, 6. horarum spatio, absorbeat, totidemque horis, omnia ea, quæ absorberat, magno cum strepitu & violenta circumgyratione eructet iterum atque evomet. Litus Norwegiæ occidentale imperscrutabilis profunditatis, atque *balanis* infestum maximè est, etiam *Vermibus*, quorum *Kircherus* in *Prod. Apolog.* p. 122. mentionem facit, horrendæ prorsus magnitudinis, de quibus *Olaus M.* Lib. XXI. Cap. V. pag. 587, testatur, Serpentem ejuscemodi vel vermem unum, *Phisfuter* vel *Pristis* dictum, in longitudine sua continere pedes 100. vel 200. atq; nautarum esse hostem infensissimum. Norwegiæ *Finnmarchia* contermina est, ampla Regio, in duas partes distracta, *Septentrionalem* scilicet quæ *Suedia*, & *Meridionalem*, quæ *Dania* subjecta est.

* *Morison* p. 431. & 587. *Mallet. Lib. VI. pag. 4.*
Jansf. Atl. Contr. Tom. I. Tab 14. Atl. Min. Part. I.
p. 110. du Val. Part. II. p. 297. Lact. Tract. Spec.

CAP. VIII.

DE SUECIA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **S**uecia vel Suedia, Schweden / incolis, *Suerige*, vel *Suueriefrik*, dicta, (Regnū Europæ antiquissimum & borealissimum est, quod Sueones, Schwenske dicti, semper incoluerunt,) qua maximam partem, sub Zona Temp. Sept. sita est; Minor vero pars in Zonam usque Frig. Sept. excurrit.

2. Fluvii sunt: 1. *Torne*, 2. *Kimi*, 3. *Kimian*, 4. *Lögareka* vel *Luga*, 5. *Duna*, 6. *Angermannus*.

3. Termini ejus sunt: ab *Or*: *Moscovia*, & mare album, à *Merid.* *Polonia* & *Germania*, ab *Occid.* *Dania* & *Norwegia*, vel alpes *Dofrini*, *Doffresiel* / & à *Sept.* *Oceanus* *Septentrionalis*.

4. Longitudo est 300. mill. germ.

5. Latitudo vero 120. circiter.

6. Dividitur hodie in VI. Partes, quarum 1. est *Gothia* vel *Gutia*, *Bothland* / quæ reliquis par-

partibus celebrior atq; lætior est, cujus Incolæ
 nō *Gothi* sunt, qui vel in Hispania, Græcia, Da-
 cia, Pannonia &c. habitaverunt, verūm *Fria*
 vel *Guta*; Et Provinciæ ejus 8. (1) *Werme-*
landia, cujus caput est *Carlstadium*, juxta La-
 cum Venerum, *Wener See*. (2) *Gothia*
Orientalis, *Oster Gothland* / in qua *Norkö-*
ping, *Lindköping*, Episcopi Sedes, *Wadstena*.
 (3) *Smalandia*, ubi *Calmar*, habens arcem
 munitissimam & portum commodum, unde
 fretum, *der Calmarische Sund* / nomen ha-
 bet, *Wexio*. (4) *Bleckingia*, Urbes sunt: *Chri-*
stianopel, *Rotemby*, *Christianstatt*, à Christia-
 no IV. condita, *Ustede*. (5) *Scania*, Urbes
 sunt: *Malmö*, exteris, *Elleboge*, oppidum
 cum arce, probè munitum, *Coronia*, *Landg.*
Eron / urbs maritima cum arce, *Helsingobur-*
gum, *Helsenborg* / cui *Croneburgum* in Da-
 nia respondet, loca maritima, optime munita,
Engelholm; In mediterraneis est *Londinum*
Londen / Acad. & Archiepiscopali Sede deco-
 ratum. (6) *Hallandia*, ubi *Halmstat* est urbs
 primaria, reliquæ sunt: *Labholm*, *Valkenborg*,
Warbörg, &c. (7) *Gothia occidentalis*, *We-*
stergothland / cujus urbes sunt, *Gothenburg*
 civitas munitissima, cum Arce propinqua
Elsburg,

Elsburg, Babusia, juxta scopulos, *Paternoster*, arx in rupe excelsa ad Sueciæ fines ; in hoc districtu ad Lacum *Venerum* mons situs est, *Kindalkulle* dictus, tantæ altitudinis, ut cacumen ejus in Oceano navigantes, licet ultra 40. mill. ab eodem remoti sint, tanquam nubem in aëris medio hærentem, videre possint. (8) *Dalia*, cujus urbs *Daleborg*. Huc pertinent Insulæ: *Oelandia*, Equis minoribus celebris, in qua *Ottemby*, *Borckholm*, & *Gottlandia*, ejus caput *Visbuy* mercaturâ olim nobilis, Saxo albo hæc Insula ad ædificia extruenda, utilis est. II. *Suecia* propriè sic dicta, dividitur in 5. Provincias, quarum (1) *Dalecarlia*, in qua nullæ urbes, sed pagi sunt, quorum primarius est *Lyma*. (2) *Westmania*, urbes: *Köping*, *Arosia* *Westeras* / Episcopali Sede clara. (3) *Uplandia*, cujus urbes: *Holmia*, *Stockholm* / totius Imperii caput est, Sedes Regia, palis superstructa, in Insula sinus *Meleri*, natura optime munita est, atque in 6. insulas divisa, quarum 1. est, *Stockholm* / in qua plurima ædificia splendidissima, Arx etiam Regis, & Reginae, Templum S. Nicolai, *Stora Kiercken* / quæ ut & alia palatia cupro tecta sunt ; Forum augustum, *Stora Tor*

get/

get/ &c. 2. Insula Ritterholm/ in qua Regum monumenta. 3. Konungsholm/ Insula Regia, Monestager dicta, ubi Monachi sepulti sunt, Viridaria habet pulcherrima. 4. Helgelandesholm/ Sp. Sancti Insula, in qua opifices & mechanici habitant. 5. Schippsholm/ Navium Insula, ad quam Naves plurimæ, Mercatoriarum, Militares, prædiariarum &c. ancoris stant. 6. Lagerstand/ cujus solum pingue & ferax, in quo multæ villæ locupletes omnis generis frugibus abundantes, quæ ad alias Insulas circumjacentes deportantur, duo habet *suburbia*, alterum est *Boreale*, der Nor. der Malm / ubi opifices & Artifices multi domicilia sua fixerunt, hic mons est, Brunnsenberg dictus, cujus situs opportunus est, & prospectus ex eodem amœnus, cum is, qui constitutus in eo est, omnes prædictas Insulas, omnia Palatia, hortos Regios, naves innumeras, utro citroque commeantes, Molas alatas, aliaque, uno quasi intuitu, perlustrare potest; *Australe* alterum, der Süder Malm/ in quo Mercatores commorantur, & varii generis vitra conficiuntur. *Portum* habet amplissimum, & ad miraculum profundum, cum maximas naves onerarias recipiat, atque Castellis,

Stellis, *Wexholm* & *Tigma* probè munitum.
Upsalia, Acad. in Uplandia, Archiepiscopatu,
 Coronatione & Regum sepulchris, magnifi-
 cè exornatis, clara; *Ocreis* ibi *Studiosi* utun-
 tur, tempore hyberno, propter nivium abun-
 dantiam & frigoris vehementiam; *Professores*
 vero trahis vehuntur ad Auditoria publica,
 propter eandem rationem, in *montis* cujus-
 dam, juxta *Upsaliam* constituti, cacumine,
 tempore Solstitii æstivalis, legi nocte scriptu-
 ra potest, atque ita per 24. horas, sole semper
 splendente; [vid. *Scheffer. Argent. Upsalia.*]
 (4) *Nericia*, in qua opp. *Orebro*, & (5) *Su-*
dermannia, cujus Urbes sunt: *Nikoping*,
Trosa, *Gripsholm*, *Stregnes*, *Telje*, &c. III.
Ingria, cujus caput est *Notenburgum*, muni-
 tione clarum, *Finnis*, *Pachtenfani*, & *Oresca*,
Russis, dictum, IV. *Norden*, *Nordelles* / 7.
 habet Provincias, ut sunt: (1) *Bothnia*, cu-
 jus caput est *Torne*, urbs, à qua districtus ille
 nomen habet: *Torne Lappmarck*. (2) *Lap-*
pia, *Lappland* / [Suecica, cognomine, cœteræ
 enim partes ad *Norwegiam* & *Moscoviam*
 pertinent,] dividitur in *Kinni Lappmarck* /
Lula Lappmarck / *Pitha Lappmarck* / *Unia*
Lappmarck / denominatione à præcipuis civi-
 tatibus

ratibus sumtâ, vid. hæc & alia optime descri-
 pta in *Schefferi Lapponia*, in primis p. 48. die
 Abbildung eines Finnen/ von der Lappen Re-
 ligion/ pag. 63. von dem Bösen Thor / p. 118.
 von dessen Statthalter/ *Storjunkare*, pag. 120.
 von den Zauberkünsten. pag. 133. die Lapp-
 Trommel. pag. 140. 142. 143. & 144. die Art
 der Lappen zu erfahren/ was an anderen Or-
 ten vorgehet/ und ihre Beschwerung. p. 154.
 von dem Ball *Tyre*, welcher lebet. p. 166. von
 ihren Wohnungen. sp. 212. 228. von den Reñ-
 thren. p. 218. 370. 306. von ihrer Kleidung/
 Speiß und Trancf. p. 242. von den groÿen
 Schrittschuhen. pag. 281. von ihrer Handar-
 beit. pag. 203. &c. (3) *Angermannia*, cujus
 caput est *Nordmaling*. (4) *Jempton*, in qua
 nullæ civitates, sed arces quædam, *Lied/ Kes-*
sund/ &c. (5) *Medelpadien*, Comitatus, arces in
 eo sunt: *Jndal/ Torp/ &c.* (6) *Helsingen*, cu-
 jus caput, *Hudwigswald*. & (7) *Gestritzien*,
 ubi urbs *Bevals*. V. *Finnia*, *Finnland/ cu-*
jus partes sunt 7. [1] *Cajanien*, *Doost. botten*
dicta, Urbes habet: *Ula/ Wassa/ vel Wu-*
stavar. [2] *Kexholm*, in qua arx *Kexholm/*
& fortalitium, *Tanpol*. [3] *Savolax*, in qua
 nulla civitas, *Templa continet parochia*
Jnsalm/

Inſalm / Waſular vel *S. Michaëlis*, &c. & fortalitium Neustatt. [4] Karelin, cujus cap. est Wiborg / urbs ampla, Episcopi Sede clara. [5] Nyland. Urbes: Borgo / Helsingfort / Eckenas &c. [6] Finnia propriè dicta, Siendland vel Seindland / in cujus parte Septentrionali urbs est Bierneborg / in Meridionali, Abo, ad Oceanum orientalem, sub gradu long. 45. Episcopalis, juxta hanc in mari Insulae sunt *Alandie*. & [7] Tawastie vel Tawasthaus / in qua urbs Tawasthaus / quæ Kroneburg olim dicta fuit. VI. Livonia, Steffland in 4. dividitur Ducatus. [1] Estia, Esten / Urbes: *Topatum* seu *Dorpatum*, vulgo *Derpt* / Episcopalis, ad Becam sive Embek fluv. Academia clara est, haut procul ab hac urbe *Narva* fl. cataraetæ sunt, vid. *Olear.* p. 115. Urbem *Narvam* & terram, ab *Ivangorod*, arce probè munita, & *Ingria*, sejungentis. *Wittenstein*, & *Pernavv*, ad fl. *Pernavv*. *Revalia*, urbs cum arce optimè munita, anno 1657. Moscus obsedit, quam obsidionem ultra semestre fortiter sustinuit. Portu gaudet amplo, atque Emporium est florentissimum. [2] Lettea, Letten / Urbes: *Kockenhausen* / *Creussburg* / *Düneburg* ad *Dunam* fluv. *Riga*, totius Livo-

Livo
mu
na,
Mo
præ
pisc
sche
gen,
Mi
Insu
Ar
Da
run
req
col
que
rim
ma
hab
tur

Livoniae caput, ad *Duna* ostium sita est, cum munimento *Dunamunda*, ampla & amœna, Portum habet elegantem, anno 1656. Moscus, qui eandem obsidione cinxerat, à præsidio & oppidanis fortiter repulsus est, pisces eo ad nos deportantur, vulgo die *Rigtsche Bütte*. [3] Curlandia, Urbes: *Goldingen*, *Piltyn*, & [4] *Semigallia*, cujus caput est. *Mitavia*, Ducis Curlandiae Sedes, *Wittaw* / *Insulae* adjacentes sunt: *Oeselia*, in qua arx *Arnsburg* clara est, & *Dagho*, cujus urbs est *Dageroort*, & arx *Paden*.

* Coeterum *Livonia* nil dicitur deesse eorum, quæ ad vitam humanam sustentandam requiruntur, excepto oleo & vino, feras incolæ frequenter venantur, id quod ipsis quoque *rusticis* interdictum non est, ut ut miserimam aliâs vitam vivant, Nobilium enim *mancipia* sunt, à quibus crudeliter haut raro habentur. vid. *Olear.* pag. 113, ubi seq. leguntur rythmi:

Ich bin ein Liffländisch Bur/
 Mein Lebend werde my sur/
 Ich stige ub den Bercken Bohm/
 Darvan haw ich Sadel und Thom/

Ich

Ich binde de Schoe mitt Baste /
 Und fülle dem Juncker de Kaste /
 Ich geve dem Pastor de Pflicht
 Und wech van Gott und sin Worde nicht.

• *Cluv. p. 280. Morisot. p. 428. 432. Jans Atl. Contr. Tom. I. Tab. 11. 12. 13. Atl. Min. Part. I. pag. 111. Horn. Orb. Pol. Part. III. p. 57. & P. IV. p. 55. Scheff. Lapponia. Olai Magni Historien der Witternächtigen Länder. Olf Rudbeks Atlant, Eller Manheim.*

CAP. IX.

DE SARMATIA.

Ejusque Situ, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **S**armatia Europæa, totius Europæ regio latissima, intra Zonam Temp. S. est sita.
2. Termini ejus sunt, *ab Ortu* iidem, qui & Europæ. vid. p. 60. *à Mer.* Isthmus Chersonesi Tauricæ, Danubius, Hierasus sive Pruth, fluv. Moldaviæ, Carpathici montes, in Transylvania, Patissus, Tibiscus s. Teyssa, iterum Danubius ac montes Carpathici, nunc Krábäk, Poloniam ab Hungaria submoven-
tes. ab Occasu: Vistula, Sinus Venedicus, &

Mare

Mare album, & à Sept. Oceanus Sarmaticus, sive Pezorke more.

3. Longitudo ejus ab Istri & Tibisci confluentibus ad ostia Obii est 340. mill. germ.

4. Latitudo, à Mari albo ad Tanaim & opp. Tujam, mill. germ. 225.

5. Partes ejus sunt X. sequentes :

I. POLONIA.

1. Poloniae Regnum, *Polska* incolis, à Pole, (campus) dictum, situm est in Zona Temp. S.

2. Termini ejus, additis *Borussia*, *Estonia* &c. ab Ortu Borysthenes, sive Nieper. à merid. Tyras sive Dniester, & Carpathus, sive Krapak, mons Transylvaniae, ab Occ. Silesia, Marchia Brandenburgensis & Pomerania, & à Sept. Sinus Venedicus, propè Dantiscum, lineaque à Parnavia, Livoniae opp. ad Dunæ fontes ducta, & Oceanus Orient. ad ostia fl. Narvæ.

3. Longitudo ejus à finibus Regionis, usq; ad ostia Tyræ, in mare Nigrum, est 150. mill.

4. Latitudo verò à Dantisco ad Dunæ fontes 127. mill.

5. Dividitur in *Majorem* & *Minorem*, *Majoris* caput est *Posnia*, incolis *Posnan*, Germ.

G

Posen,

Posen, urbs præclara, ad *Vartam* & *Prosnam*, fl. sita, emporiumque celeberrimum, secunda ab hac *Gnasna* est, Germ. *Gniesen*, Principum Sede & mercatu celebris. Huc pertinent *Cujavia*, sive *Uladislavia*, urbs. *Wradislaw* ad *Vistulam*. *Minoris*: *Cracovia*, *Krackow*, Regia Sedes, cujus altera pars, *Casimiria*, trans *Vistulam*, *Academia* clara est, *Sandomiria*, *Lublinum*, cum arce in colle sita, arte & natura optimè munita. Huc pertinent *Ducatus* inter *Vistulam* & *Carpathicos montes*, *Osviecz* & *Zator*, ab Urbibus ita dicti.

II. LITUANIA.

1. *Lituania*, *Littavv*. (*Poloniæ magnæ Ducatus*) sita in *Zona Temp. S.* est.

2. *Termini* ejus sunt: ab *Ortu*, *Moscovia*, à *Mer.* *Polesia*, ab *Occ.* *Prussia*, & à *Septentr.* *Curlandia*.

3. *Longitudo* ejus à fontibus *Palottæ* ad *Borysthenis* atque *Bog*, confluentes, est mill. 260.

4. *Latitudo*, ductâ ab *Oceano Orient.* juxta *Chronum fluv.* usque ad *Kowno*, & inde ad fl. *Borysthenem*, rectâ, mill. 105.

5. *Dividitur* in *Palatinatus* X. (*Waywodas*)

Ur

Urbes
lenski,
& spa
stans,
Vener
Domi
incult
Kiovi
nem,
lota &
tum.

Ru
nulla

W
Grad
fluvii
Wlod

C
differ
Leop
Item

Urbes præcipuæ sunt: *Vilna*, incolis, *Vilenski*, Germanis, *Wilde*, dicta, ampla urbs est & spatiosa, ligneis ædificiis plurimum constans, tres in ea sanctificantur *Sabbathi*, dies, Veneris, à Turcis; dies Saturni, à Judæis; & Dominica, à Christianis: hæc urbe major, sed incultior est *Novogardia*, vulgo, *Novigrod*, *Kiovia*, *Kyovv*, clara quoq; est ad *Borysthenem*, sequuntur: *Poloczko*, Ducalis, ad *Polota* & *Dvina* confluentes, *Dassovv*, ad *Pontum*.

III. SAMOGITIA.

Russis, *Sarnozka Zemla*, Terra est inferior, nulla re alia, quàm *melle* purissimo celebris.

IV. VOLINIA.

Wolin, civitates continet: *Luczko* & *Gradek*, ad Lacum *Amadocum*, unde aliquot fluvii oriuntur. Huc pertinent: *Volodimiria*, *Wlodimir* & *Krzemieniek*.

V. RUSSIA MINOR seu NIGRA.

Czarnà Rusz, Polon. dicta, ad *Majoris* differentiam sive *Alba*, Urbs ejus primaria est *Leopolis*, *Lewenburg* / *Lemburg* / Pol. *Lwow*.
Item: *Przemyst*, *Halycck*, *Thelno*, Latine *Ruf-*
sos

fos & Ruthenos vocant incolas, eo quod à *Roxolanis* originem habere putent.

VI. PODOLIA.

Podolien juxta Moldaviam sita, fertilissima regio est, in qua semel feritur & ter metitur, Caput ejus est *Kamienyecz*, ubi duo sunt Episcopi.

VII. PODELASSIA.

Podlasze Pol. dicta, ubi loca præcipua sunt: *Raigrot*, *Bielsko*, *Zin*.

VIII. MAZOVIA.

Die Masaw. Mazovvsze, Pol. caput est. *Warsavia*, Pol. *VVárzávva*, ad Vistulam, civitas non adeo ampla, in qua duo sunt Palatia Regia, Comitata in ea sæpius celebrantur, quo tempore ultra 60000. homines convenire ibi solent, quorum plures in tabernaculis, extra civitatem positis, commorantur.

IX. LIVONIA.

Vide pag. 142. Cap. VIII.

X. MOSCOVIA.

1. Moscovia, die *Moscau*/ magnus Ducatus & Principatus est, juxta inscriptionem

Magni

quod à *Magni Ducis*, qui vulgo *der Moscovitische Zaar* vocatur, i. e. Imperator.

2. Distinguitur in Ducatus, Principatus, atque varias Provincias.

3. Ducatum (1) est *Moscovia* propriè sic dicta, hujus metropolis est *Moscovia*, totius Regni, ad *Moscham* fluv. clarissima, supra modum atque fidem magna, continens 540, ædificiorum millia, & ea inter *Olear.* teste, 2000, Tempia, Sacella & Cœnobia. p. 150. Magnificum & amplissimum Imperatoris Palatium (*Cremlena*) 2000. hominum capax, quos Magnus Dux perpetuo alit, tellus arenosa est, fertilis tamen, omnis generis fruges pariens, etiam pepones 40. quandoque librarum: Reliquæ Urbes sunt totidem fere, quot Ducatus ac Provinciæ, iisdemque nominibus appellatæ: *Wolodimir*, *Usting*, celeberrimum, in mediterraneis, emporium, *Maritima* sunt: *S. Nicolai*, ad sinistram Duinæ ostium, *S. Michaëlis Archangeli* (*Archangel.*) mercatu celebris, à Belgis, Anglis, Suecici & Germanici maris accolis, aliisque, frequentata. *Bielezero*, opp. in Lacu situm est, in quod bello ingruente Magnus Dux thesauros suos abscondit. *Novogardia*, *Plescovia*, *Tueria*,

Smolenscum, *Rosdavu* & *Susdal* sunt Principatus. *Obdora*, ubi *Idolum*, *Slata Baba*, i. e. anus deaurata, colitur. Huc pertinet *Lapponia orientalis*, cujus incolæ *Trinnes* à Suecis vocantur, etiam *Diki Lappi*, à Moscovitis, id est, feri Lappi: Metropolis *Kola* est, ad fluv. *Kola*, vid. *Olear.* der *Zaar.* p. 32. die Audiens. *Stube.* p. 34. Geheime Audiens. p. 38. *Prasnik* / ein grosses Fest. p. 44. Proceßion. p. 46. das Schloß. p. 132. Schloß-Kirch. pag. 147. Abstraffung der Verbrecher im Schloßhoff. p. 274. *Rußische Städte.* p. 121. 136. 140. 144. & p. 374. *Astracan*, anno 1554. eingenommen / conf. pag. 340. 748. Gestalt und Kleidung. p. 181. *Rüszgenspiel.* p. 193. *Füllerer.* p. 196. Hochzeit. Ceremonien. pag. 213. Zeitvertreib auff der Schaukel. pag. 216. Siegel des *Zaars.* p. 220. Schrift. p. 224. Gericht und Rechte. pag. 270. *Kinder-Tauffe.* pag. 283. *Leichbestattung.* p. 314.

* *Cluv* p. 477. *Jans.* *Atl. Contr.* Tom. I. Tab. 5. 6. 7. 8. &c. *Atl. Min.* P. I. p. 119. sequ. *Mallet.* Lib. V p. 33. *Cromer.* *Polon.* *Lituan.* *Pruss.* & *Livon.*

CAP. X.

DE SCYTHIA.

*Ejusque Situ, Divisione
& Urbibus.*

1. **S**cythia Europæa sita est inter 43. & 52. gr. latitud. & 43. gr. 10'. longitud. sub Zona Temp. Sept.

2. Partes ejus sunt III. sequ.

I. TARTARIA MINOR
seu EUROPÆA.

Gazaram vulgo dicta, in qua sunt: (1) Tartaria Cremea, quæ cingitur Russiæ & Moscoviæ montibus, Palude Mæoti, Bosphoro Cimmerio, seu freto de Caffa, ponto Euxino, Borysthene, Psola ac Delna, sive Sem a Krym, quæ in Borysthenem exeunt, incolæ ejus sunt: *Nigropoli, Pasisis, Naubarum & Cumania.* (2) Præcopensis, Sarmatis, *Præcopsea*, sive Chersonesus Scythica & Taurica, à Regia *Præcop*, nominata; Tota, sæpius, Tartaria minor, Præcopensium Tartarorum Regnum appellatur. *Caffa* metropolis est, *Theodosia* olim dicta; *Baccasaray* vel *Baciseray*, mediterranea, Chami Sedes est.

II. DACIA.

Moldavia, Walachia & Transylvania, à *Dacis* dicta; Est vel (I) *Alpestris*, *Walachiam Majorem & Minorem*, i. e. *Moldaviam & Walachiam* propriè sic dictam, continens, ubi *Moldaviæ* pars ad *Hierasum* fl. se extendit, altera enim, ad *Borysthenem* usq; excurrens, ad *Sarmatiam Europæam* pertinet: Caput & Sedes *Waywoda*, in *Moldavia* seu *Walachia* Majori *Soczava* est, seu *Czakawv*. Minoris vero metrop. *Targowvisko*, vel, *Tervis*. (II) *Mediterranea*, ab Occasu *Alpestri* contermina, *Trans-Sylvaniam*, Hung. *Erdeli*, vulgo, *Sibenbürgen* continet, ab *Hungaria*, ejusq; montibus, *Polonia*, *Moldavia* & *Walachia*, terminatam, *Septemcastrensis* quoque dicitur, *Slavis* seu *Sarmatis* vero *Siedmgrodska Ziemia* à septem castris, à *Scythis* extructis, ut sunt: 1. *Orbay*, 2. *Kisdi*, 3. *Sepsi*, 4. *Cyck*, 5. *Utuarhe*, 6. *Aranios*, & 7. *Maros*. Populi in hoc districtu sunt: 1. *Ciculi*, ad *Russiam*, *Origine Scythi*, oppidorum prædictorum conditores, 2. *Saxones*, quos tempore *Caroli M.* recepit colonos, & cultius habitari cœpit, namque 7. quoque oppida in ea condiderunt: (I) *Cibinium*, seu *Hermanopolis*, *Hermano*
 statll

statt / ad *Cibin.* fluv. caput provinciae & Prin-
cipis Sedes, (2) *Alba Julia*, Germanicè,
Weissenburg / *Gyulafeieruvar*, Hung. ad *Ma-*
rusium sive *Merisch.* fluv. (3) *Claudianopolis*,
Colosvvar, *Klausenburg* / (4) *Bistritia* Germ.
Bistritz / ad fluv. ejusdem nominis, Hung.
Besterze, (5) *Sciburgum*, *Segesvvar*, *Schies-*
burg / (6) *Mediseus*, *Megies*, *Medwisch* / &
(7) *Stephanopolis* sive *Corona*, *Barovia*, *Bres-*
lau vel *Kronstatt*. (III) *Ripensis*, sive *Dacia*
aquatica, inter *Transylvaniam* & *Padissum*,
ubi sunt, *Gyula*, *Waradayn*, *Zatmar*, &c.

III. MOESIA.

De hac infra agitur pag. 157.

CAP. XI.

DE PANNONIA.

*Ejusque Situ, Regionibus
& Urbibus.*

SIta Pannonia est in Zona Temper. Sept.
Sinter 39. & 44. gr. long. & 44. & 48 $\frac{1}{2}$. la-
titud. Regiones ejus sunt tres sequ.

I. HUNGARIA.

Quæ vel *Trans-Danubiana* seu *Superior*, à

G S

Danu-

Danubio, Moravia, Silesia, Polonia, & Trans-
Sylvania, terminata; Urbes: *Tockay*, *Kalo*,
S. Nicolas, *Zolnock*, *Zatmar*, *Agria*, sive *Er-
la*, *Hatvvan*, *Novigrad*, *Weizen*, *Schambok*,
Gros-Wardeyn, *Segetin*, *Chonad*. *Temesvar*,
ubi versus ortum *Porta Ferrea* est. *Montanae*,
vulgo die *Bergstätte*: *Posonium*, *Presburg*
vulgo; ampla civitas, *Tyrna*, omnium amœ-
nissima, *Neutra*, *Neubeusel*, *Lentsch*, *Neusol*,
Altsol, *Chermnitz*, *Schemnitz*, *Filleck*, *Epe-
ries*, in cuius agro fontes duo lethales sunt;
Caschau, reliquarum caput; Vel *Cis-Danu-
biana* seu *Inferior*, intra *Danubium*, *Stiriam*
& *Dravam* sita. Urbes: *Komarino* vulgo *Co-
morra*, *Dotis* vel *Tata*, *Martinsberg*, *Graan*,
Strigonium, Archiepiscopalis, *Vizegrad* cum
arce *Plindenburg*, *Ofen*, (*Buda*,) *Belgradum*
vel *Alba Graca*, *Grigisch*, *Weissenburg* / *Papa*,
Raab, incolis *Tavvarzin*, inde Latinis *fava-
rinum*, sive *faurinum* dicitur, *Palotta*, *Vespru-
num*, *Alba Regalis*, *Stul*, *Weissenburg* / *Ca-
nisch*, *Siget*, *Quinque Ecclesia*, *Sünstfirchen* /
Hatvvan, &c. Pars *Hungariæ* inter *Dravum*
& *Savum* sita, ad *Pannoniam veterem* seu in-
feriorē pertinet. *Belgradum* Nonnulli ad *Mœ-
siam* referunt.

II. SCLA-

II. SCLAVONIA.

Superiori aliàs Pannoniæ annumerata, amnes, Dravum atque Savum interjacet, & ab Orru Danubio, ab Occasu vero Stiria, terminatur, Urbes, *Poffega, Gradiskia nova, Koprantz*, validissimum & optimum munimentum, *Novigrad, Ezeckh*, (*Mursa*), ubi *Pons, Zagiocha* &c. Inferiorem Sclavoniæ partem incolunt *Rasci* populi, die *Rasen*/ huc quoq; pertinet particula *Marchia Vinidorum, Windisch Marck*/ de qua superius actum est. p. 93. num. 8.

III. BOSNIA.

Bossen inter *Bebios* Dalmatiæ montes, *Drinum*, *Serviæ*, fl. *Unam* sive *Wanam* fl. *Croatiæ* terminum, *Savum* & *Stiriam*, sita est, Urbes: *Lapatz* & *Bubitz*, ad *Wanam*, *Metropolis* olim erat *Jaitza*, nunc vero est *Warbosanin* vel *Warbesaine*. Præterea Superiori Pannoniæ adscribuntur: *Carinthia, Stiria, Carniola, Vinidorum Marchia, Croatia*, magna pars *Austria*, de quibus agitur p. 92.

* *Mallet Lib. V. p. 63. Cluv. p. 386. Konig. Vest. p. 188. 190. Atlas Min. P. I. p. 351. 359.*

CAP. XII.
DE ILLYRICO.*Ejusq; Terminis, Regionibus
& Urbibus.*

Variè sumitur à Geographis Illyricum vel 1. pro tota Sclavonia, vel 2. (ut Ptolomæus sumit,) pro Liburnia & Dalmatia, ubi termini sunt ab Occasu, fluv. Arfia, & ab ejus fontibus ducta linea recta ad Colapis ortum usque, à Sept. perpetua montium Juga ad Unæ fontem, atque iterum linea recta inde ad Timaci, nunc *Lim*, & Drini confluentes. *Liburnia* (cujus incolæ die *Morsacken* dicuntur) urbes sunt: *Flanona*, nunc *Fianona*, *Tarsatica*, *Tersatz*; *Senia*, *Zegna*; *Lopsica*, *Lopur*: *fadera*, *Zara Vechia*; *Scardona* &c. *Dalmatia* oppida sunt: *Sicum*, *Sebenico*; *Tragurium* nunc *Travv*, *Salona* propè *Spalatum*; *Onaum*, *Sabiencello*; *Narona*, *Narenta* *Dalmatinum* sive *Delminium*, unde *Delmatia* sive *Dalmatia* nomen. *Narenco*, *Ragusa*, haut magna urbs cum arce, Emporium, Turcicis mercibus celeberrimum.

* *Schulth. p. 345. Mall. Lib. V. p. 64. Cluv. Lib. IV. p. 394.*

CAP.

CAP. XIII.

DE THRACIA.

Ejusq; Partibus & Oppidis.

Thracia, (cujus Incolæ *Thraces* feri sævi & atroces sunt,) duas habet partes sequentiarum

I. MOESIA.

Sive *Servia Superior*, Urbes ejus sunt: *Bodon*, *ibat*, *Novibazar*; *Senderovia*, nunc *Zenderim* vel *Zendrevv*. *Servia* caput, ad ripam *Danubii*, Hic *Sigismundus*, *Hungaria Rex*, à *Turcis* magna clade affectus est, atq; vix salvus, ultra *Danubium* fugiens, evasit. *Belgradum* vel *Alba Græca*, *Brigisch*, *Weissenburg* omnium optima est, atque amplissima, mœnibus quidem caret, castrum vero habet munitissimum in quo Christiano pernoctare non licet. *Inferior*, *Bulgaria* sive *Volgaria* Regnum est, quoniam *Bulgari* ad *Volgam* fluv. olim habitaverunt. Urbes: *Saribrod*, *Nicopolis*, ubi rudera adhuc sunt pontis, trans *Danubium*, à *Traiano Cesare*, extructi, alii ad *Zenderoviam*, plurimi vero ad *Zeverinum* rudera ista superesse, volunt. *Axiuus*, *Axiopolis*,

polis, Trismis, nunc Trosmis, Destor, Dionysopolis, nunc Dronisopolis, Varna, Uladislai, Hungariæ Regis clade, qui à Turcis captus, obtruncatus, ejusque caput, conto, in ludibrium, suffixum, est, clara; Timogetia & Tomi, Ovidii Poëtæ exilio nobiles. Istropolis, Eleuthera. Caput Bulgarix Sophia est, urbs quidem magna & populosa, sed in loco parum salubri sita. Odessus, Mesember ad Pontum, & Destor ad Danub. Terra hæc hodie Syrsia vocatur.

II. THRACIA

propriè sic dicta.

A capite suo, *Constantinopoli*, quam *Constantinus Magnus Romam novam* appellavit, *Romania* quoque vocatur, cujus urbes sunt: *Hadrianopolis, Edrem Turcis seu Ederney dicta, cum arce pulcherrima, Philippopolis, Philibia quoque nominata, Trajanopolis, Maximianopolis, Philippi, Crenides olim, nunc penè deserta jacet, Epistola, ad Incolas ejus, S. Pauli nota est; Hic Campi sunt Philippici, ubi inter Casarem & Pompeium pugnatum est. Sestus & Abydus, duæ arces Turcarum firmissimæ sunt, juxta Hellepontum ad mille passuum distan-*

distantiam sibi invicem oppositæ, quarum hæc in *Asia* illa vero in *Europa* sita est, *Leandri* amore atque interitu infelici, ad *Ero* suam transnatante, satis notæ. *Dardanelli* dicuntur, quia juxta *Dardanum* antiquum, quod in *Asia* litore fuit, vel *Trojam*, sitæ sunt, tormenta in iisdem reperiuntur inusitatae amplitudinis atque magnitudinis, ad arcendas hostiles classes; *Naves Christianorum*, invitæ Custodibus illac transeuntes, dubio procul evertuntur, neque uni earum, nisi militi præsidario centum numeraverit aureos, neque pluribus, quàm 5. unâ, *Constantinopolim* abire licebit, quæ si redeant, *Abydi* per tres dies commorari coguntur, quod, si urbe forsitan discesserint, vel mancipia secum ducentes, vel merces furtivas, vel hospite insalutato, hinc detentæ, præsto sint. Anno 1658. duo nova *Castella* ad ostium *Hellepontis* extructa sunt, quæ *Turcis*, ut & superiores arces, aliaq; fortalitia, *Bogazassar* vel *Bagazassar*, *Nautis* vero, *Malido*, dicuntur. vid. die *Eigentliche Vorstellung Abydus und Sestus. Constantinopolis, Byzantium* olim dicta, diu imperii & veræ Religionis domicilium fuit atque *Thraciæ*, imo totius *Orbis*, clarissima, multos viros eximios

mios tulit, quos inter *Joh. Chrysostronus* non postremo loco ponendus; Cùm prius ab Imperatore *Severo* disrepta esset, à *Constantino* restaurata & absoluta fuit mirabili prorsus murorum artificio & sumtuosissimorum ædificiorum structura, hinc *Constantinopolis* vocata, atque Romanorum Imperatorum Sedes fuit: Postea à *Mahomete II.* post 54. dierum oppugnationem capta est, & ita Imperatorum Turcarum Regia ad hæc usque tempora fuit, unde ingentes hæcenus in reliquum Europæ corpus, ab illo quasi capite fluxerunt: Turcis *Stamboul* vel *Stambo Ida*, dicitur, triangularis ferè est, vel potius tricornis, (*Gyllius* in *Topogr. Constantinop.* p. 40.) & Romæ veteris instar 7. colles continet, opulentissima hodie est, atque populosissima; numerantur quippe in ea utriusque sexus 700. hominum millia, in longitudine sua ultra 30. stadia non continet, neque in latitudine, quæ varia est, ultra 12. quod si situs ejus collinus in planitiem explicaretur, in ampliorem dilataretur magnitudinem, non tamen duodeviginti, ut *Byzantini* volunt, miliariorum; Rectius, 15. uti jam sita est, mill. Ital. in ambitu suo continere dicitur, atque aquilæ, alas pandenti, haut dissimilis;

milis
Imper
ctum
intim
dio fe
Sophi
rietur
more
colur
verge
res m
nens
in alt
ad pa
Hipp
atq;
fui p
aqui
qua
cupa
quo
thesa
Gala
ubi
stula
mor

milis; *in rostro* positus est *collis primus*, ubi
Imperatoris Palatium, *Seraglio* vel *Seraile* di-
 ctum, quod nulli, nisi ministri Imperatoris
 intimi, liberè ingrediuntur, anno 1665. incen-
 dio fere totum periit: *in oculo*, *Templum S.*
Sophie, (*Sultan Mahomet*, hodie,) cujus pa-
 rietum interior pars crustis excellentibus mar-
 moreis vestita fulgurat, arcubus multis, &
 columnis albi marmoris, in glaucum colorem
 vergentis, superbit, atque summas naturæ vi-
 res mentesque spectantium permiscet, conti-
 nens *in latitudine* sua pedes 213. *in long.* 240.
in altitudine à summa curvatura arcuum usq;
 ad pavementum, 142. *In capitis vertice* fere,
Hippodromus, à Constantino M. elaboratus,
 atq; omni cultu adornatus, continens aliqua
 sui parte *Templum Castoris & Pollucis*; *In collo*
aquila, duo colles, secundus & tertius, Reli-
 qua urbis pars, alas & cæterum corpus oc-
 cupat, *Portum* habet optimum, in *Castello*,
 quod vulgo *zum Sieben Thürnen* dicitur,
 thesauri Imperatoris asservantur; *Pera* sive
Galata *Æstuarium*, vel suburbium potius est,
 ubi Latini ferè omnes commorantur, *Erga-*
stulum, vulgo *Bainum*/ Anonymus in *Me-*
mor. Europ. pag. 84. describit seqq. verbis:
 Das

Das Bainum ist mehr ein Tummel- und
Kampff-Platz Christlicher Gedult / als ein
Stockhaus; Wann es möglich wäre / hieher
alle Folterunge und Scheusahl / ohne einige
Aufnahm einer Unmenschlichkeit / zusammen
zu führen / würde es doch nicht geglaubt wer-
den. Der Eingang ist ganz finster / das
Thor ist mit ungeheuren und dicken Hebe-
bäumen wohl verwahrt / zur Wache sind die
allergrausamste bestellt. Das Gefängniß
wird von einer hohen Mauer umschlossen /
welche aber in Kercker, Fesseln liegen / müssen
sich in Löchern / wie die wilde Thiere / anffhals-
ten / sothaner Gräben sind so gar viel / daß öf-
ters über 2000. allda zusammen gekoppelt
sind; wollen sie zu Nacht ruhen / so müssen sie
die mit eisern Banden belästigte Hälse entwes-
der in die Wand / oder aber in die Balcken
einstecken / sintemahl die Hände zusammen
gefettet / die Füße aber angefesselt seyn / &c.

* Mallet. Lib. V p. 62. & 79. Cluv. Lib. IV. pag.
456. Atl. Min. P. I. p. 363. Memorab. Europ. pag. 2.
Gyllii Topographia Constantinopoleos &c.

CAP. XIV.
DE GRÆCIA.*Ejusque Situ, Terminis, Parti-
bus & Urbibus.*

GRÆCIA à Rege Græco dicta, atque *Γραικία* in Codice Sacro appellata, sita est (in Tab. Laur.) inter gr. 38. & 45, 40'. long. & inter 35. & 42. latitud. in Zona temp. S. cujus Partes sunt V. sequ.

I. MACEDONIA.

Maxima Græciæ pars à Rege Macedone ita dicta, *Æmathia* olim à suo Rege vocabatur; *Termini* ejus sunt: Thessalia, Epirus, Golfo di Venetia, Partes Illyrici, Daciæ & Thraciæ, & Golfo di Salonichi. In qua 150. populos olim fuisse testatur *Plin.* lib. IV. c. X. p. 213. Provincias & urbes habet sequ. quarum (1) Taulantia, ubi *Epidamnus* sive *Durrhachium*, nunc *Durazzo*, (2) Albania, cujus urbs, *Albanopolis*, (3) *Æmathia*, in qua, *Pella*. Jeniza hodie dicta, *Philippi* & *Alexandri M.* natalibus clarissima, hîc alebantur serpentes cicures, (4) *Ægea*, ab *Ædessa* alia & diversa urbs non est, Regum sepultura celebris.

(5)

(5) *Berœa*, nunc *Veria*, ad Haliacmonem fluv. ab Apost. Paulo, Act. XVI. v. 10. seqq. ob assiduum Scripturarum scrutationem laudata, (6) *Myeza*, (7) *Tyrissa*, (8) *Europus*, (9) *Pieria*, regio amœna, Patria & Sedes Musarum, quæ *Pierides* inde vocantur. (10) *Amphaxitis*, Urbes: *Tessalonica*, nunc *Salonichi*, Pauli Epistolis celebris, à Cassandro & *Thessalonica* Philippi Filia & Sorore Alexandri M. extracta, Emporium est satis clarum, *Stagira*, Aristotelis Patria. (11) *Mygdonia*, Urbis *Lete*, nunc *Leta*. (12) *Apollonia*, de qua Act. XVII. v. 1. (13) *Carrhabia*, (14) *Bœrus* nunc *Veria*, (15) *Antigonia*, (16) *Terpilus* nunc *Torpillus*, (17) *Orbelia* ad juga Bulgariae & montem *Orbello*. (18) *Stymphalia* ad montes Epiri, juxta montem *Pindo*.

II. EPIRUS.

Canina quoque dicta, varias continet Provincias, ut sunt: (1) *Molossia*, nunc *Pandossia*, cujus Urbis *Dodone* est, *Canes* hîc sunt hirsuti generosissimi, *Molossi* dicti; (2) *Dryopia*, (3) *Chaonia*, Urb. *Antigonia*, *Valona*, *Canina*, *Panormo*, *Chimera*, *Orchimus*, olim *Orchesmus*, *Porus*. (4) *Thesprotia* seu *Thesprotis*,

protis, hodie Vajelitia dicta, Urbs *Butbrotus*, nunc *Butrinto*; Hic, quod luculentas possessiones Epiroticas haberet *Cicero*, frequens ibi vivere solebat. (5) *Cassiope*, mediterranea est, ejusq; Urbs, *Cassiope*. (6) *Elatria* & olim terra *Almene*, oppidum est *Nicopolis*, in quo Græcam Bibliorum versionem, quam *Origenes* in *Hexapla* sua contulit, inventam esse, tradunt. (7) *Acarmania*, Urbes: *Ambracia*, nunc *Larta*, unde *Sinus* dicitur *Ambracius*, nunc, *Golfo de Larta*. *Actium* nunc *Figalo*, *Leucas*, nunc *C. S. Nicolo*, *Statos*, nunc *Strato*. (8) *Amphilochia*, mediterranea, *Argos* seu *Amphilochium* Urbs primaria est.

III. THESSALIA.

Hodie *Thessalia* quoque dicitur, Provincias continet sequ. quarum (1) *Thessalia* proprie dicta, Urb. *Hypata*, *Spates* hodie, (2) *Estiotis*, cis & trans montem *Bermium*, nunc *Messio*, Urb. *Chiretia*, *Tricca*, *Pinto* monti vicina, (3) *Pharsalus* & *Philippi*, ubi *Philippici* & *Pharsalici Campi*. Item *Phastus* & *Gomphi*, ad *Epiri* confinia, (4) *Pelasgia*, ab Ortu mare *Aegæum* habet, hinc in genere *Græci* vocati sunt *Pelasgi*, Urbes: *Atrax*, hanc *Lapithæ* inco-

incolebant, *Scotusa*, Larissæ finitima, (5) Magnesia, Urbs est *focus* nunc *faco*, λατρεία olim cognominata, quasi *famula*; (6) Magnesia Methone, *Philippi* Macedonis, Alexandri M. Patris obsidione clara, in qua sagittæ ictu oculum amisit, (7) Meliboea, ad Ossaë montis radices, purpurâ nobilis. (8) Castanea ad Sinum Pelasgibum, nunc Golfo d'Armiro, (9) Larissa *gemina* est, *una* maritima in Phtiotide, *altera* ad Peneum flumen; In confiniis sunt *montes*: *Olympus*, *Ossa*, *Pelivus*. (10) Phtiotis, ad Sinum Maliacum, urbs est *Phtia*, Achillis Patria, (11) *Thebe* ad Sinum Naliacum, hodie Ziton, (12) *Sperchia*, &c,

IV. GRÆCIA in Specie.

Hellas Græcis, etiam Achaja, dicta, Peloponneso angusto tramite annexa, Regiones continet seqq. quarum (1) Ætolia, inter Acheloum fluv. & Eveni fluv. ostium. Urb. *Chalcis*, *Calydon*, urbs princeps, unde *Sylva Calydonia* & *aper* appellatus est, quem Meleager interfecit. *Olenus*, Capella *Olenia* inter astra collocata est, quam Jovi lac præbuisse fabulantur Poëtæ. (2) Doris, Urb. *Erineus*, nunc *Erineo*; Proverbia sunt: *Doricè loqui*; *Dorica Musa*:

Musa: (3) Locris Ozolæa, Urb. *Amphissa*, nunc *Amphise*, *Naupæctus*, nunc *Lepanto*, inde Golfo de Lepanto; (4) Phocis, Urb. *Delphi*, sub monte *Parnasso*, Oraculo Apollinis quondam celeberrima, cujus Templum à Phocensibus fuit spoliatum, unde Bellum Sacrum decennale exarsit, quo Phocenses à Thebanis & Macedonum Rege Philippo victi & debellati sunt. *Parnassus* & *Helicon* montes clarissimi, ille biceps est, atque Musarum Domicilium uterque, hinc *Heliconiades* vocatæ sunt, fons *Castilius*, oppidum *Crissa*, unde Sinus Corinthiacus *Crissæus* quoque dictus est. *Anticyra* duplex est, *Phocica* & alia ad Sinum *Maliacum*, *helleborus* utrobique nascitur, præsertim candidus. *Pythia*, *Cyrrha*. (5) Locris Epicnemidia, Urb. *Cnemides*, nunc *Eritria*, *Lilæa*, ad fluv. *Asopum*, *Opus*, haut procul ab *Ismenio* fluv. (6) Bœotia, Urb. *Ascra*, Hesiodi Patria, *Thisbe*; *Coronia*, nunc *Cornia*. *Lebedea*, nunc *Badia*, in cujus agro nullæ reperiuntur *talpa*, *Cheronea*, nunc *Cheronea*, Plutarchi Patria, *Thespia*, unde Musæ *Thespiades*. *Theba*, Bœotia cognomine, potentia & rerum magnitudine per Græciam olim celeberrima, *Heptapylos* vocatur, à septem portis,

(5) Ma-
olim
gnesia
dri M.
u ocu-
montis
nea ad
rmiro.
Phtio-
onfiniis
(10)
Phtia,
Nalia-

, Pello-
giones
Ache-
. Chal-
a Caly-
e eager
er astra
e fabu-
s, nunc
Dorica
Musa:

portis, in hac urbe *hirundines* non nidificant. *Leuctra*, Thebanorum pugna & victoriâ adversus Lacedæmonios clara, *Mons Citheron*, vel saltus, fabulis celebratissimus. (7) *Megar*is; Urb. *Megara*, *Euclidis*, non Mathematici, verum Socratici, Patria, *Nisæa*, *Eleusis* sive *Eleusin*. (8) *Attis* sive *Attica*, Urb. *Oropus*, nunc *Euripo*, ad Golfo de Negroponte. *Sunium* ad Capo delle Colonne. *Athena*, nunc *Sithenes*, vel *Setines*, cujus celebritatem, nemo est, qui extremis saltem, uti dici solet, labris, literarum studia attigerit, quin cognitam habeat, Pace olim & bello pro salute Græciæ, res gessit, omnium virtutum studia excoluit, ex qua plurimi orti sunt Viri Illustres, *Themistocles*, *Alcibiades*, *Thrasibulus*, *Æschylus*, *Sophocles*, *Socrates*, *Menander*, *Plato*, *Demosthenes*, *Thucydides*, *Draco*, *Xenophon*, *Isocrates*, *Solon*, *Hyperides*, aliiq; plurimi, ut non immerito vocetur: *Sapientum Domicilium*, *Prytanæum*, *Schola Græciæ*, *anima Sol & Oculus Græciæ*, atque *mater omnis eruditionis*. In ea erant: *Areopagus* (Martis quasi vicus) in qua ab *Areopagitis* causæ Capitales & gravissimæ disceptari solebant: ex quorum numero *Dionysius* fuit, cujus mentio

fit *Actor*
rum *Acco*
telis &c.
gratuitò
Horti, in
que sect
lis, mun
ta, *Thea*
ramicus,
alia: *M*
lonis ar
quorum
ris civita
Apost. P
Mons in
saporis
Athenis
est. No

A Re
fan creb
insula in
um, atq
hic isth
jus ang

fit *Actor. XVII. 34. Schola Virorum Docto-*
rum Academia & Lyceum, Platonis, Aristo-
telis &c. Porticus (500) à *Polygnoto* picturis
 gratuito decorata, unde Philosophi *Stoici,*
Horti, in quibus *Epicurus* Philosophiam, ejus-
 que sectatores, docuerunt. *Arx ἀκρόπο-*
λις, munificentissima, in rupibus præruptis si-
 ta, *Theatrum Dionysiacum,* extra urbem *Ce-*
ramicus, publicæ sepulturæ locus, & quæ sunt
 alia: *Munichia* Collis, nunc *Macina,* ubi *Phi-*
lonis armamentarium, Piræus, Portus triplex
 quorum duo extimi utrinq; ultra $\frac{5}{4}$. mill. mu-
 ris civitatis juncti sunt. Multi in hac urbe ab
Apost. Paulo conversi sunt. vid. *Act. c. XVII.*
Mons in *Attica* celeberrimus *Hymetto* est, mell
 saporis optimi proferens. *Plinio* teste, nullæ
 Athenis dantur *Cornices.* *Prov.* etiam notum
 est. *Noctuas Athenas ferre.*

V. PELOPONNESUS.

A Rege *Pelopo* olim nunc à *Maurorum* for-
 san crebris incursionibus, *Morea* dicta, *Pen-*
insula inter duo maria est, *Ægæum & Joni-*
um, atq; *Isthmo Corinthiaco,* junctâ, continet
 hic isthmus in latitud. sua 1. milliar. germ. cu-
 jus angustiam *Imperatores* aliquot *Romano-*
 rum,

rum, perfodere tentaverunt, sed irrito profusus conatu, postea murum 6000. passuum vel 6. milliar. Italic. è transverso ducere curaverunt, Hexamilium propterea dictum, quem postea *Amurathes Turca* dejecit. Templum *Neptuni* olim in hoc isthmo fuit, ubi ad singula quinquennia *isthmia*, sive *ludi isthmici* fuerunt celebrati. Partes sunt: (1) *Achaia* propriè dicta, in qua *Corinthus*, urbs clarissima, *Coranto* alias vocatur, Turcis, *Gereme* proverbium, (*Tanti poenitere non emo,*) *Demosthene* ibi prolatum est, cum *Lais* illius ingens pretium ab eodem posceret, *Potentius* ejus Romanis formidabilis fuit, qui funditorem everterunt: Anno ante Christum natum 143. Quam *Julius Caesar* restituit, uti & *Carthaginem*, atque *Colonos* eò & milites missos veteranos, in hac urbe *Paulus Apost.* per 18. menses commoratus est, & ad *Ecclesiam Corinthiorum* epistolas duas scripsit, quæ in *Sacro Codice*, per Dei gratiam, adhuc supersunt, Caput suum ibidem rasit, ex gentis religione. *Lechaum*, Navale erat vel *Portus* in quem naves ex Italia & Sicilia commodissime appellebant, atq; inde solvebant. Alter *Portus Cenchreae* vicum sibi conjunctum habens,

ortum

ortum spectabat, atq; Naves ex Asia venien-
 tes recipiebat. *Schoenus* ibi quoque erat, ubi
 per Isthmi angustiam naves traducebant. *Sy-*
cyon, nobilis urbs atque vetusta, *Abrahami*
 temporibus condita, ad *Asopum* fluv. *Helice.*
Panormus portus ad *Acherontis* ostium, *Pa-*
træ, *Divi Andreae* Apost. martyrio nobilitatæ.
Olenus & *Dyme*. (2) *Elis*, Urbes: *Cyllene*,
Mercurii Patria, *Elis* ad *Peneum* fluv. *Olym-*
pia, *Pisa*, quoque dicta, nunc *Olympico*, Lu-
 dis *Olympiis* quinquenalibus, à quibus res
 suas gestas *Græci* numerabant, atque *Templo*
Jovis ejusque simulacro eburneo, celebris,
Porticus quoque in agro illo fuit, miræ stru-
 cturæ, quæ septies eandem reddidit vocem,
 quare ἐπτάφωνον appellabatur. (3) *Messenia*,
 Urb: *Cyparissa*, cum sinu *Cyparissio*, nunc
Arcadia, *Pylus*, *Nestoris* Patria, qui tres te-
 nuit *Pylos*, urbs hæc sub monte *Ægialeo*, à
Pylo, *Triphylia* oppido, 400. stadiis distans,
 sita erat, cæteris præstantior, unde prover-
 bium natum; *Pylus ante Pylum*. *Methone*,
 nunc *Modon*; *Cerone*, nunc *Coron*. *Messina*
 nunc *Messena* sive *Mattagia* *Aristomenis*, cu-
 jus virtute Heroica est clarissima; qui *Pansa-*
nia referente, cor hirsutum post mortem ha-
 buisse,



buisse, deprehensus fuit. Sinus *Messenicus*
 hodie *Golfo de Corona* vocatur. (4) *Laconia*,
 nunc *Sacania*. Caput in ea est *Sparta*, *Hecar-*
tompolis olim dicta, eo quod centum civita-
 tibus imperabat. Huc spectant: *Træzen*,
Thesei patria, *Phæra*, *Leuctrum*, nunc *Ma-*
na; *Cæne*, nunc *Cænopolis*, *Teuthrona*, *La-*
Colochina, unde Sinus *Laconicus* *Golfo de*
Colochina vocatur. *Gythium*, *Therapne*, *A-*
mycla, *Castoris & Pollucis* patria. *Epidaurus*
 nunc *Malvasia*; *Blemnia*, nunc *Bemina*, *Ci-*
phanta. *Lacones* in rebus agendis *Lunam* ob-
 servabant, nec prælium, nisi in plenilunio, ex
Lycurgi instituto, inibant. (5) *Arcadia*, re-
 gio mediterranea, undiq; à mari remota, pasto-
 rorum celeberrima. Urb. *Phialia*, *Tegæ*,
 hic *Aristarchus* vixit, *Euripidis* Poëtæ *Syn-*
chronos. *Arcadum* hic quoq; *Deus Pan* colli-
 tur, pecorum custos. *Stymphalus* ad *Stym-*
phali montis radices, ex quo *Lacus Stymph-*
lus profluit. *Megalopolis*, *Polybii* patria. *No-*
macris, ubi fons *Styx* è *Saxis* profluens, omni-
 bus animalibus exitiosus est, & adeo frigidus,
 ut potus interficiat statim. *Clitor*, cujus fons,
 vini fastidium atque nauseam gustantibus
 creat. (6) *Argia*, Urb. *Nauplia*, nunc *Na-*
polis

poli, unde
 quo hy
 fertur er
 ci *Argiz*
Attica,
 zem, fu
 famam
 est, atq
 despect
Fournie
 sperneb
 * *pli*
 Lib. VI.
 * *In*
 vel *Sch*
 III. p.
 p. 115.
 in *Rec*
 L. III.
 p. 626.
Hulan
 p. 196
 Atl. M
 Laet I
Gades
 427. I

poli, unde: *Golfo de Napoli*. *Lerna*, Lacus, in quo hydram *Hercules* multorum capitum fertur enecasse. *Argos*, metropolis, unde Græci *Argivi* dicuntur. *Troæna*, in qua mulieres *Attica*, durante bello navali, adversus *Xerem*, fuerunt asservatæ. Cæterum pristinam famam suam Græcia amisit, & vastata miserè est, atque obscurior reddita, ut ab omnibus despectum nunc jaceat Regionis cadaver, (ut *Fournier* loquitur p. 592.) quæ externa omnia spernebat, & nihil suum mirabatur: &c.

* *Plinius* Lib. IV. p. 203. *Cluv.* pag. 399. *Mall.* Lib. VI. p. 66. *Fournier.* Lib. X. c. 2. p. 592.

* *Insula* Europæ adjacentes sunt: *Islandia* vel *Schneelandia*, in qua mons *Hecla*. *Mall.* L. III. p. 133. *Cluv.* L. III. p. 279. *Atl. Min.* P. I. p. 115. *Laet Dan. & Norw.* p. 33. *Frislandia*, in Recentiorum mappis raro exhibita, *Cluv.* L. III. p. 280. *Capell Norden* / p. 177. *Schulth.* P. 626. *Kön. Vest.* pag. 135. *Fero*; *Scetland* vel *Hutland*. *Mall.* L. VI. pag. 9. *Capell Norden* / p. 196. *Cluv.* pag. 280. *Hebrides & Orcades*. *Atl. Min.* P. I. p. 16. *Fournier.* L. V. pag. 219. *Laet Dan. & Norw.* p. 32. *Mall.* L. VI. p. 9. *Gades Gadis* vel *Cadix*, *Fournier* L. VII. pag. 427. *Plin.* L. IV. p. 240. *Cluv.* p. 118. *Mall.* L. VI.

p. 181. *Insulae Baleares. Yvica, Majorca, Minorca*, Kön. Vest. p. 224. Mall. L. V. pag. 179. Cluv. p. 116. *Sardinia, Corsica, Sicilia*, in qua Mons *Ætna* seu *Gibello*, & caput *Insulæ Palermo*. Mall. L. V. p. 152. Cluv. p. 379. Plin. L. III. p. 181. Kön. Vest. p. 224. *Samandracchi, Lembros, Stalimena, Tasso*, juxta quam in peninsula *Macedoniæ Mons Sanctus* est, *Athos* dictus, tantæ altitudinis, ut, qui in vertice ejus, æternis nivibus tecto, constituti sunt, tribus horis citius Solem oriri, quam alii, qui ad pedem ejus habitant, videre perhibeantur, umbramque ab eodem sparsam incolæ *Stalimenæ*, ultra 24. milliaria ab eo versus ortum sitæ; *Pelagnisi, Dromi, Scopeli, Schiatti, Schiro, Eubæa*, vel *Negroponte, Andro, Tina, Micone, Nixia, Nio, Namphio, S. Erini, Policandro, Scandro, Cerigo, Zea, Fermentia, Serphino, Sirna, Paros, Sifano, Milo, Creta* vel *Candia*, cujus caput, *Candia*, & *Labyrinthus Dædali*, celebres. *Corfu, Zante, Santa Maura, Cephalonia* &c. Mallet Lib. 5. pag. 90. seqq.

SECTIO

1. A
ne suâ
rito, lo
um re
consp
tes.) Z
gissim
tractu
2.
thicur
mare
cum
Isthm
Arch
dem,
num
Mœo
Tuja
Arch
3. I
tum
num

SECTIO II.

DE ASIA.

1. **A**sia, orbis Veteris portio maxima, (Europam cum Africa, magnitudi-
ne suâ excedens, primum, post Europam, me-
rito, locum, obtinet, cum sub initium omni-
um rerum, prima mortalium genus intra se
conspexerit, atque in alias mundi emiseric par-
tes.) Zonæ temperatæ subjecta est, atque lon-
gissimo, versus orientem, Sept. & Merid.
tractu, extensa.

2. Terminos habet, à Sept. Oceanum Scy-
thicum, Tartaricum sive Glacialem, ab Or:
mare Eoum vel Chinense, à Mer. mare Indi-
cum & Arabicum, ab Occasu, mare rubrum,
Isthmum Judaicum, Mare mediterraneum,
Archipelagum, Hellespontum, Proponti-
dem, Bosphorum Thracicum, Pontum Euxi-
num, Bosphorum Cimmerium, Paludem
Mœotidem, Tanaim fluvium & lineam à
Tuja oppido, ad emporium S. Michaelis
Archingeli, ductam.

3. Longitudo ejus summa, inter Hellespon-
tum & Malaccam, Indiæ emporium extre-
mum, est mill. germ. 1300.

a, Mi
g. 179.
in qua
ulæ Pa-
), Plin.
andra-
uam in
st, A-
n verti-
ti sunt,
ii, qui
cantur,
Stali-
ortum
, Schi-
Tina,
u, Po-
menia,
, Creta
byrin-
Santa
s. pag.

CTIO

4. Latitudo, inter fretum Sinus Arabici (Babelmandel) & Tabin promontorium, mill. germ. 1220.

5. Estque vel major vel minor: Regiones majoris Asiae sunt: *Tartaria*, (cujus partes *Serica*, *Scythia* & pars *Sarmatiae*), *China* vel *Sina*, *Orientalis India*, *Persia*, *Arabia*, & *Imperium Turcicum*.

* *Plin. lib. V. à cap. 9. p. 254. ad c. 32. & Lib VI. p. 286. Strabo, à lib. XI pag. 339. ad XV. Bochartus lib. III. c. 8. p. 194. & lib. IV tot. pag. 231. Morisot. lib. I. à cap. 45. p. 294. ad finem libri. Mallet. Part. II. tot. Janson. Atlas Contr. Tom. II. Tab. 57. Atlas minor. Part. II. p. 289. du Val. Part. I. p. 383.*

CAP. I.

DE TARTARIA.

Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **I**Mperium Tartaricum, intra Zonam Temperatam S. situm, tota Asia amplissimum est, atque veteris orbis pars orientatissima, minus hactenus percognita.

2. Fluvii ejus praecipui sunt: 1. *Rha*, Europæis *Volga*, Tartaris *Edel*, Armenis, *Tamar*,
mar,

mar, dictus, in Moscovitarum districtu *R so-*
wa, oritur, atque mare Caspium, 25. ostiis,
 influit, ubi præprimis *Soratof* & *Astarcan*.
 2. *Obius*, olim, *Carambucis*, ex Lacu *Kitay-*
sko ortus, in regione *Obdoria*, (quæ, ut &
 montes *Riphæi*, *Obii*, seu *Obia* juga dicti, ab
 eo nomen traxerunt) *Samojedos* alluens, ad
 promontorium *Lytarmin*, vulgo *Cap. d'Oby*,
 in Oceanum glaciale 6. ostiis se præcipitat,
 post ementum, à fonte, trium mensium iter,
 atq; tantæ circa oppidum *Oby* latitudinis, ut
 50. [a] *Verstas* Russicas, & ultra, pateat, &
 propterea, auræ licet secudent, difficulter
 biduo trajiciatur;

(a) *Versta*, *Vorrest* seu *Vuarsta*, Russicis est mil-
 liare, quorum 80. æquiparantur uni gradui,
 seu 15. milliar. germanicis.

3. *Paropamisus*, nunc *Oechardus*, in deserto
Lop ortus, *Regnum Tanguth*, [ex quo rha-
 barbarum ad Europæos defertur, atque, ubi
 artem *Typographicam*, ante mille annos &
 & ultra, inventam esse, multi contendunt]
 transit, & à latere montis *Imaus Orientali*,
 progrediens, in mare *Septentrionale* se effun-
 dit. 4. *Tartar*, à quo *Tartaria* nomen habet,
 prope *Mongul* & *Tartar*, ortus, *Lacum Co-*

Arabici
 orium,
 giones
 tes Se-
 el Sina,
 perium

Lib VI.
 hartus
 Morisot.
 er. Part.
 Atlas

inis,

Lonam
 mplif-
 ienta-
 a, Eu-
 Tha-
 mar,

ras transit, & Septentrionali, postea, miscetur, Oceano. 5. *Abiamus* vel *Oxus*, *Geichon*, *Deistanxa*, *Cappanach*, & *Abiam* aliis dictus, maximus Sogdianæ est fluvius, in confiniis Indostan, juxta montem Dalanguer, ortus, mare Hircanum prope Zahaspa, per varia ostia, subit. 6. *Jaxartes*, nunc *Chesel* vel *Oxartes*, Barbaris, *Organz*, & Scythis, *Schyttim* dictus, in Ciarcian ortum suum sumens, occasum versus provehitur, & postmodum juxta Schayfure, in mare Caspium se præcipitat.

3. Termini Tartariæ Asiaticæ sunt: à Sept. Oceanus Scythicus, qui nunc Tartaricus dicitur, ab Occasu, Moscovia, à Meridie, Persia, India & murus Chinæ, & ab Ortū, Oceanus Sinensis & Sericus.

4. Longitudo ejus est à Borysthenis (*Nyper*) ostiis, ad Tabin usque promontorium, mill. germ. circiter 1000.

5. Latitudo ab Obii ostio, ad extremum regni Brema, mill. germ. 600. estque vel Europæa, vel Asiatica, de illa actum est supra pag. 151.

6. Partes ejus sunt quinque: 1. *Tartaria deserta*, in qua Mecriti, & Samojedi, se mutuo devorantes, (*Olear. p. 159.*) in sylvis habitant,

bitant
mens
equo
Scheff
præci
ataja
urbes
ter in
taya,
mi (
pisco
tanq
des I
Vetu
Mag
tiner
Xan

*
Min
Du
110.
p. 92
Sora
Circ

bitant, & locis humano cultu vacuis; per 6. menses noctem habent, p. 160. Rangiferis, equorum loco, utuntur. pag 161. &c. vid. *Scheff. Lapp.* p. 370 218. 306. & 340, *Hordæ* præcipuæ sunt: 1. *Zavolha* & *Nagaya*, 2. *Zayataja*, ubi *Samarcanda*, 3. *Turchestan*, cujus urbes: *Cotan*, *Taskent* & *Carazan*, quas inter ingens mons, seu *Turris Lapidea*. 4. *Cataya*, olim *Sericæ* maxima pars, Magni *Chami* (vulgo *Tartar Cham*/ cujus Summus *Episcopus Lama*, à plebe & Regibus *Tartariæ*, tanquam *Deus* colitur,) imperium, in quo *Sedes Regia Cambalu* sive *Peking*. 5. *Tartaria Vetus*, ubi *Ung* & *Mongul*, regiones *Gog* & *Magog* esse, *Viri docti* contendunt; Huc pertinent: *Tenduc*, *Mongul*, *Bietala*, *Castrum*, *Xantu*, *Ergimul*, *Campion*, *Sachion*, &c.

* *Janson. Atl. Contr. Tom. II. Tab. 65. 66. Atlas Min Part II. p. 326. Mallet. lib. IV. pag. 2. Cap. II. Du Val. Part. I. p. 493. Cluver. Introd. lib. V. p. 110. Schulthes. p. 376. Straußens Reisebeschreibung/ p. 92 & p. 100. Olear. vom Wolgastuß. p. 340. ubi Soratof & Astracan. p. 748. Tarku. pag. 729 & 391. Circaffi, Nagaji. p. 376.*

CAP. II.

DE SINA vel CHINA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **C***Hina*, Germanis, *Tschina*. Ptolemæo, *Sina*. Incolis, *Tame*, vel *Taybinco*, dicta, in Zona temperata S. sita est, atque Terræ continentis pars extrema. In terræ medio eandem constitutam esse, Chineses contendunt, & propterea, *Chumque* eam, vel *Chunchgoa*, appellant, quod idem est, ac Regnum, in medio constitutum.

2. Fluvii Sinæ præcipui sunt seqq. 1. *Croceus*, (*Hoam*, *Geele*, vel *Caramoram* aliis dictus à colore luteo,) juxta montes Damisios, è Lacu Sosing ortus, versus Septentrionem progrediens, Chinæ limites egreditur, factoque flexu, redit, atque in Chinensem Oceanum sese exonerat. 2. *Kiang*, maris filius, ab incolis, propter Latitudinem, ad duo fere miliaria se extendentem, & à colore, cœruleus, dictus, in limitibus Imperii Occidentalibus oritur, in ortum tendit, dividens Chinam in

par-

partem Septentrionalem & austrinam, atq; latitudine gaudens ultra milliare germanicum, ostio ejus in mari Chinensi Insula *Cungming* objacet.

3. Terminos habet, *ab Orru*: Oceanum Sinensem, sive Eoum, à *Meridie*: eundem Oc: & Regnum Tungking, *ab Occasu*, montes Damalios, & à *Sept.* Ottorocaram montem, & (a) murum, longissimo tractu, ex Oriente in Occidentem, protensum.

(a) Dicitur hic *murus* extractus esse, ante 200. annos, ab aliis, annis 215, ante Nativitatem Christi, à Trintzoo Rege, vel, à Rege Xio, spatio 5. annorum, contra Tartarorum irruptiones, continentem in latitudine sna, pedes $22\frac{1}{2}$. in altitudine, 45. & in longitudine, miliaria germanica 400. Martinus Martinius ponit 300. quæ sententia, Chinensium, verior esse videtur, 10000. stadia, pro ejus longitudine, ponentium, cum mensura hæc, totius Asiæ superet longitudinem.

4. Longitudo Chinæ summa, à Tartarorum finibus qua mare Eoum tangunt, usque ad Regnum Cauchin est mill. germ. 600.

5. Latitudo, inter Damala juga & Oceanum, 300. circiter.

6. Dividitur in XVIII. Provincias, quarum VIII. sunt *maritima*, & X. *Mediterranea*:

Ma-

Maritimarum I. est Corea, peninsula, (quæ in Tab. du Val, aliorumq; Recentiorum, ad Insulæ, formam depicta est,) in qua sunt: Pingang, Kiangyuen, &c. *II. Leaotung*, cujus caput, Leaogang. *III. Xantung*, ubi Cinan. *IV. Nanking*, cujus metropolis Kiangnig vel Nanking, ubi Turris ex porcellana. *V. Chekiang*, ubi Hangchen. *VI. Fokien*, cujus caput Focheu. *VII. Quantung*, vel Canton, in qua eminent Quangcheu, & *VIII. Tungking*, quo pertinent: Lieucheu, Suikien, &c. *Mediterranearum I. est Junnan*, cum metropoli ejusdem nominis. *II. Suchuen*, vel Sufiven, in qua Chingtu. *III. Xensi*, habens Sigan. *IV. Xansi*, in qua Tajyven vel Tajum. *V. Peking*, cujus caput, & regia memoratur urbs, ejusdem nominis quæ etiam Panghin & Paybin dicitur. *VI. Honan*, ubi Caisung. *VII. Huquang*, cujus metropolis Vuchang. *VIII. Queichen*, ubi Queiyang. *IX. Quangsi* cum metropoli Quelin. *X. & ultima Kiangsi*, cujus caput est Kienchang. Urbes in universo regno, secundum quosdam, numerantur 1900. ex quibus 240, eminentiores dicuntur esse; atq; præter has 159 munitiones, seu fortalitia. Una autem earum pro pulcherrima, atque

atque
scil.
alii P
Han
Qui
splen
Pant
fape
amb
gern
rum
dini
mea
7. m
univ
lium
ea se
Sch
sequ
ist se
muf
doct
fan
muf
Zag
nur

atque totius mundi, maxima habetur, Regia
 scil. illa, in Tartariæ finibus, Civitas, quam
 alii *Peking*, *Panghin*, *Paybin*, *feu*, *Xangko*,
Hana, *Zuangian*, vel *Fanyang*, alii vero,
Quinsai, (in qua Palatium Regis, quo nullum
 splendidus in orbe,) vocant; de qua *Marcus*
Paulus, *Venetus*, multa tradit, quæ fabulam
 sapere videntur: Continere scil. eandem in
 ambitu suo, milliaria Italica 100, i. e. mill.
 germ. communia, 25. & pontium lapideo-
 rum 1200. eorumque quosdam tantæ altitu-
 dinis, ut naves majores, malo erecto, subter-
 meare possint, Lacum etiam intra mœnia esse,
 7. milliaria germ. circiter, continentem: Per
 universam urbem præsidium esse triginta mil-
 lium militum, &c. Alii varia miraculosa, de
 ea scripserunt, è quorum numero *Sebastianus*
Schram, in speciali suo, *de China*, Tractatu,
 sequentia. p. 10. & seqq. refert: Diese Statt
 ist so groß / daß man sich höchst verwundern
 muß / wenn man davon liest / und weil sie
 doch nur als ein Muster ist / dieses Reichs / so
 kan man schliessen / wie das ganze Stück seyn
 muß. Sie ist so lang / daß man einen ganzen
 Tag im durchreiten zubringen muß / will man
 nur von einem Thor zum andern gehen / muß
 man

man eben auch einen Tag dazu haben : Sie ist halb so breit als sie lang ist / begreift aber weit und viel im Umbkreiß in sich. Die Vorstädte / derer viel sind / sind zusammen so groß / als die Stadt selbst. Die Sineser haben vor diesem / wann grosse Kriegsnoth und Gefahr vorhanden gewesen / in dieser Stadt allein hundert tausend zu Fuß / und hundert tausend zu Pferd werben und zusammen bringen können. Als im Jahr 1660. ein Niederländischer Jesuit auß China kam / und dem König in Frankreich auß seinem Louvre erzehlte / die Wunder dieser Königlichen Stadt / hat er gesagt / sie sey zwey mahl so lang / als der Weg von Paris nach Pontoyle, die raritäten / davon er redete / kommen mit dem / was in den Historien berichtet wird / überein. (Dieser Jesuit zog auß nach Sinesischer art / seine Tracht war schön und zierlich.) In gedachter Stadt sind 3. Königliche Palläste auffgebauet / einer gegen Morgen / welcher fornen in der Stadt stehet / der ander in der mitte / und der dritte gleich am ende / gegen Abend. Der König hat den ersten zu seiner Residenz erwehlet / welcher so groß und weit ist / daß wann man alles darinnen sehen will / man unter 4. Tagen nicht

nicht
sen u
daß z
dern
welch
gehör
Gem
mehr
und
wür
Sch
auf
ist b
ber ;
lich
und
die z
viele
dar
eing
ckeln
solch
auch
als
wär
des

nicht heraus kommen kan/ er ist mit 7. so großen und weitläufftigen Rauren umgeben / daß zwischen dem Raum / von einer zur andern zehen tausend Soldaten sich auffhalten / welche zur Wache dieses Pallasts / ordentlich gehören ; die Zahl der schönen Kammern / Gemächer und Cabinet , beläufft sich auff mehr als 500. Es sind 79. Säle / sehr schön und künstlich erbauet / darunter 4. das denckwürdigste und schönste machen auff diesem Schloß / der erste ist von Erz gegossen / schön außgearbeitet mit vielen Figuren ; der ander ist bedeckt und getäffelt mit köstlichem Silber ; der dritte ist von gediegenem Gold künstlich außgearbeitet ; Aber der Schein / Glanz und Kostbarkeit des vierten / übertrifft weit die 3. andern / dann dieser ist angefüllet mit vielen kostbaren Edelgesteinen / es glänzet darauff ein Königlicher Thron / gezieret mit eingefasten Diamanten / und vielen Karfunkeln / welche mit den andern Edelgesteinen solchen Glanz machen / daß der ganze Saal / auch in der finstern Nacht / so hell davon ist / als wann viele Fackeln darauff angezündet wären. Dieser vierte wird genant der Saal des Königlichen Schazes / dieweil derselbe
auch

auch auff diesem Saal ist / &c. Pagi fere sunt innumeri, quorum quidam ultra 30000. incolas habere creduntur, in universo Regno 70. milliones id est 70000000. hominum esse, statuunt nonnulli, & Literatorum copiam ingentem, Medicinæ præprimis studio, atque Matheſeos, incumbentium.

* *Martini Martinii Tract. Spec. de China. Janson Atlas Contr. Part. II. Tab 67. Atlas Min. Part. II. p. 330. Gemma Fris p. 126. Cosmogr. Cluv. Introd. Lib. V pag. 522. Mallet Lib. IV. pag. 12. Sebastian Schram de China. Iversen, von den Halbmenschen. p. 29. von den Böken. p. 131. von der langen Mauer. p. 136. von den Begräbn. Mall. pag. 20 Idolum F.E. Kirch. in Prod. p. 178. Utiæ majoris mons p. 181. Lacus Chin. p. 187. Cervus, Cervo Odorato. p. 185. Rosæ Arbuscula, p. 485. Rosæ foliosiores. p. 489. seq.*

CAP. III.

DE INDIA ORIENTALI.

Ejusque Situ, Fluviiis, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

I. **I**ndia Orientalis, vulgo Ost. Indien / Asiæ (ob auri, argenti, gemmarum, Cerpithecæ, Elephantorum, Camelorum, Rhi-

Rhinocerotum, Serici, Gossipii, Porcellani, Orizæ, &c. ingentem vim atque copiam,) pars nobilissima & fœcundissima, intra Zonam Torridam & Temperatam S. sita est.

2. Fluvii ejus nobiliores duo sunt : 1. *Ganges*, (vel *Ganga*, in Sacris literis, Gen. II. II. *Pison*, accolis *Rio de Canton* vel *Pangab*, dictus,) omnium, totius mundi, fluviorum, maximus est, (quatuor, communi Scriptorum consensu, *Diodoro Siculo* teste, fluvii traduntur, totius mundi maximi quorum 1. *Ganges* vel *Pison* est, 2. *Indus*, vel *Sinde*, 3. *Danubius*, vel *Ister* & 4. *Nilus*. Hideckel in Sacro Codice dictus,) gaudens, ubi vadofissimus est, profunditate, centum pedum mensuram devorante, atque latitudine, ad minimum se expandente ultra duo milliar. germ. ex Emodis oritur montibus, atque in 7. ora dispersus, in Sinum Gangeticum, nunc Golfo di Bengala se exonerat; Anguillæ, teste Plinio, lib. IX. pag. 464. in eo sunt, inusitatae magnitudinis, pedum scil. tricenorum. 2. *Indus*, à quo initium & nomen India accepit, maximorum fluv. in ordine secundus, quem ab Indo, juvene quodam egregio. nomen accepisse, auctor (Plut.) Libelli de fluminibus, fabu-

fabulatur; Incolis Sinde, Inder vel Cercetes, Gallis, Inde, Hispanis & Italis, Indo, dicitur, ex Paropamiso monte, Caucafi parte excelsissima, nunc Naugocrot, oriens, longoq; cursu versus meridiem fluens, in Oceanum, factâ Baracen Insulâ, duobus se ostiis exonerat. Reliqui fluvii sunt *Mecon*, cujus ostia juxta pulo de Cambodia, *Menan*, *Cosmin*, vel *Cosmite*, &c. quorum nonnulli è Lacu Chiaman, centum, in circuitu, milliaria germ. comprehedente, oriuntur.

3. Termini Indiæ Or: sunt: *ab Occasu*: Indus fluv. à *Septentr.* Tartaria, *ab Ortū*: China, ejusque Oceanus, & à *meridie*: Oceanus Indicus.

4. Longitudo ejus summa, ab Indi fontibus, usque ad Malaccam, Aureæ Chersonesii Emporium, est mill. germ. circiter 500.

5. Latitudo à jugis Damasiis, ad promontorium Simyllam, nunc C. Comori, milliar. germ. 450.

6. Dividitur in duas partes, quæ sunt: I. India intra Gangem, & II. India extra Gangem. I. In India intra seu cis Gangem, (quæ Indostan, citerior, Cornu Indiæ dextrum seu Occidentale, & in S. Sacra, Hevila, quoque
dici-

dicitur,) sunt: I. *Cambaja*, cujus urbes sunt, *Dio*, castellum, *Goga*, vel *Goa*, *Amadabat*, ad Indi ripam, *Agra*, juxta Gemini fl. Ostia, *Cambaja*, omnium, opibus & magnitudine, præstantissima, atque propterea Cairum Indiae vocata. *Campanael*, Sedes Regia. *Suratta*, nuper vastata, jam vero optime reparata. *Damaon*, arx, *Goa*, Academia Jesuitica Lusitanorum celebris, utbs splendidissima, & ob munitionis firmitudinem, claustra Regni vocata, *Visapor*, Sedes est Regis in Decan. 2. *Orixa*, in orientali Sinus Gangetici partè, ubi *Orixa*, Regia est *Ramana*, quam *Guenga* fl. præterfluit. 3. *Narsinga*, ubi *Narsinge*, *Maliapor*, hic S. Thomæ Apostoli, sepultura ostenditur, Collegium habet Jesuicum. 4. *Malabar*, ubi *Calecut*, urbs præstantissima, *Conchin*, fortalitio gaudet & portu celebri, multi in eo districtu sunt urinatores, præprimis vero, ad prom: *Comori* ultra 4. aut 5000. qui sub aqua diu latitantes, margaritas quotannis venantur, quæ, in quatuor portiones divisæ, Regi, Jesuitis, militibus & collectoribus, distribuuntur. II. India extra Gangem (*Mangi* hodie, *Ulterior*, Cornu Indiae sinistrum seu *Orientale*, sive *Aurea Chersonesus*, dicta,) Regna

Regna Principaliora continet sequentia : 1. *Bengala*, cujus caput *Bengala*, *Chariga*, Metropolis, adamantis, Zingiberi, Zibethi, &c. copiâ, celebris. *Gouro*, ad Gangis ripas, in qua Regis palatium, quod *Evora*, Lusitaniæ civitate, majus esse, perhibetur. 2. *Pegu*, (cujus Regia ejusdem nominis in Insula posita est,) ob ingentes divitias pro Ophir Salomonis habetur, *Aracan*, ubi arx dicitur inexpugnabilis esse, *Ava*, gemmis, equis & elephantib⁹ abundans, *Martaban*, hic plurima vasa porcellana conficiuntur. 3. *Siam*, regnum potentissimum, Sornanum quoque dictum, ubi *Siam*, Sedes Regia, *Judia* vel *Odia* aliis dicta, in aquis, Venetiarum instar, extracta, atque in Insula rotunda constituta, fluvio *Menan*, in quo Crocodili multi sunt, circumdata, & in quinque ab eo partes inæquales, divisa; turrium in ea, templorumque fastigia, auro resplendent, continens domuum supra 40. millia. 4. *Malacca* cujus caput *Malacca* 4. milliaria italica in ambitu continens, collegium Jesuitarum cum Episcopo habet, Incolæ peculiarem excogitaverunt linguam, tantæ suavitatis & elegantiae, ut per universam fere Indiam communis hodie sit, neque doctus quis habeatur,

beatur, nisi, qui eandem calleat, in hoc
 regno, præter alia, est lapis bezoar. 5. *Ton-*
quin, ejusdem, cum Gallia Regno, ma-
 gnitudinis supra 20000. pagos continere di-
 citur, metropolis ejus est *Keccio*, vel *Checo*. 6.
Cambodia vel *Camboja* (cujus caput *Cambo-*
ja, Regia vero Sedes, *Diam* vel *Odia* est,)
 calamo abundat aromatico, fistula cassia &
 aloë. 7. *Regnum Mogolis*, tertiam fere par-
 tem, totius Indiae Orientalis efficiens, ultra
 citraque æquatorem, versus boream est con-
 stitutum, atque Septentrionalis India quoque
 dicitur; Rex ejus, *Magnus Mogol* vel *Mogor*,
 longe lateque per Indiam imperans, à stirpe
 Tamurlamis se ortum, gloriatur, atq; omni-
 um Regum, in toto Terrarum Orbe, ditissi-
 mus, habetur, cujus thesauro contineri ajunt:
 1500000000. imperialium, id est: 1500. mil-
 liones, anderthalb tausend Millionen Reichs-
 thaler / *Agra*, Regia fuit, postmodum vero,
Labor, vel *Echanabad*, propter aëris tempe-
 riem, multa, quæ admiranda sunt, de Rege
 & Regno hoc potentissimo, Recentiores
 proferunt, è quorum numero *Petrum duVal*,
 audis: Der grosse Mogol / wie wir reden / ist
 des grössern Theils / des westen Landes In-
 dien /

dien/ Beherscher / noch viele angelegene Königreiche / bezahlen ihm Tribut; Man achtet dafür / daß unter allen Potentaten der Welt / keiner zu finden / welcher einen dergleichen Schatz an Edelgesteinen habe / wie dieser besizet; sintemal Er nicht allein diese / so seiner Krone zuständig / sondern auch vieler andern Fürsten / seiner Benachbarten / deren Vorfahren eine geraume Zeit an solchen gesamlet / Ihme zu geeignet / und aller seiner vornehmsten Hoffbedienten Geschmuck an sich ziehet / weil Er ein allgemeiner Erbe ist aller / die von ihm Sold empfangen / auch alle Häuser / vor denen Er vorbeypassiret / schuldig sind / ihm Geschenke zu bringen / nicht weniger ist aller Grund und Boden des ganzen Landes sein eigen. Sein Schatz ist in so viel besondere Theile / als Tage im Jahr sind / abgetheilet / täglich sihet Er einen / und kommet erst nach Ausgang des Jahrs zum Ende. Heute sihet Er seine Elephanten / morgen theils seiner Edelgesteine / und so fortan / wechselweise / bis Er herum kommt. Im Land ist ein Tempel / welcher mit seinen Geldplatten belegt ist / in seiner Residenz zu Agra sihet man zweien Thürne / die mit dergleichen Goldplatten bedeckt

deckt
Gema
gegoss
Man
Stein
ragde
12. so
sind
deren
gestein
einer
geföh
sich
der U
gerech
ist vo
anzuf
schrit
West
laute
auffg
in die
man
jede
len.
mahl

deckt sind / nebenst einem von Massiv Gold
 gemachten Thron / der von 4. auß Silber
 gegossenen verguldeten Löwen getragen wird ;
 Man gibt auß / Er habe unter andern Edlen
 Steinen auch 2. grosse Gefäß voll Schma-
 ragden / die andern Gesteine sollen auch noch
 12. solcher Gefässe füllen mögen : Ferner so
 sind auch vorhanden zwölffhundert Säbel /
 deren Scheiden von feinem Gold / mit Edel-
 gesteinen versehen. Die Statt Agra ist mit
 einer starcken / von gehauenen Steinen / auff-
 geführten Ringmauer / bevestiget / hat umb
 sich einen von 100. schritten breiten Graben /
 der Umfang wird auff 12. Teutsche Meilen
 gerechnet ; das Königliche Schloß daselbsten
 ist von aussen als eine absonderliche Statt
 anzusehen / und begreift im Umkreiß 2500.
 schritt. Im Westentheil der Statt / bey der
 Westsid Nassar / stehet ein hoher Thurn / von
 lauter Cameels , Köpffen / zwischen Kalch
 auffgeföhret ; vierhundert Badstuben sind
 in dieser Statt zu finden / die Reisen rechnet
 man nicht nach Meilen / sondern nach Coss /
 jede Coss thut bey anderthalb welscher Meis-
 len. Es kan der Mogol auff bedürffen zwey
 mahl hundert tausend zu Pferd / und bey

fünff mahl hundert tausend zu Fuß ins Feld stellen / wiewohl der grössere Hauff schlechte Soldaten abgibt / nebenst zwey tausend Elephanten / deren Er 14000. unterhält / darunter sind / die 14. bis 15. Schuh in der höhe haben; (und sagt man zum Schimpff des Königs in Persien / daß dessen ganze Hoffstatt nicht so viel zu unterhalten komme / als dem Mogol seine Elephanten. Iversen p. 50.) Es ist ein nutzlich Thier / gehet einen sicheren schritt / und kan gar gemählich sich nieder lassen / und auch wieder auffstehen. Sein des Mogols Religion ist Mahummedisch / dessen Unterthanen aber sind meistens Heyden. Beyland wahren in diesem Land die Gymnosophisten oder Philosophi in grossem Ansehen / ihnen haben die Brachmanes oder Bramins / wie sie aniso genennet werden / gefolget. Allein die Brachmannes bezeigten sich sehr grausam / weil sie die Alten und Krancken zu tödten pflegten / und noch dabey in meinung stunden / ob bezeigten sie ihnen hierdurch einen besondern Dienst. Keiner unter ihnen wird weder Schmidt noch Schlosser / auß Furcht / daß nicht jezaweilen sie gemüßiget werden / daß Feuer außzuleschen / welches sie Göttlich verehren /

ehren
ihnen
Gott
Sär
Gef
solche
sich d
ander
licher
sind /
Unt
ren n
Part
Angl
vinci
zur
Nag
ferè
* S
vid. 1
G 69
VII. e
große
ihren
52. di
lib. II
Beob

ehren / Nicht in viel geringerer Würde ist bey ihnen das Holz / als eine Speise dieses ihres Gottes / daher sie ihre Todten in eiserne Särge legen / wann sie trincken / setzen sie das Gefäß nicht an den Mund / sondern halten solches in der Höhe. Im reiten gebrauchen sie sich der Ochsen / im grüssen ergreift einer des andern Bart / und wann sie von der Königlichlichen und Fürstlichen Residenz entfernet sind / so lassen sie sich die Haar wachsen / ihren Unmuth zu bezeugen / daß sie ihren Oberherren nicht vor Augen haben &c. vid. *P. du Val*, Part. I. pag. 510. & sequ. *Eduardus Therryus*, *Anglus*, Regno huic tribuit 37. largas Provincias: *Kabul, Multan, Bukar, Soret, Gurratte, Chitor, Maluvay, Bandon, Delli, Nagracut, Sanbal* &c. *Bernier*. XX. *du Val* ferè XL. &c.

* *Straussens* Reisebeschreib. von Siam. p. 15. &c. vid. *Indicem*. *Jans.* *Atlas Contract.* Tom. II. Tab. 66. & 69. *Atlas Min* Part. II. p. 338. *Cluv.* p. 526. cap. VII. & sequ. *Morisot.* lib. I. pag. 298. *Iversen*, vom großen Mogol. p. 43. von den *Hassanisten* / welche in ihren Kirchen Taback trincken / sich halbiren. &c. pag. 52. die *Malabaren*. p. 78. *Malacc.* p. 103. 104. *Mall.* lib. IV. à pag. 35. ad pag. 53. *Laet Tract.* Spec. *Bernier* Beobachtung des grossen Mogols.

CAP. IV.

DE PERSIA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **P**ersia, (Regnum olim totius mundi, *Brisonio* teste, potentissimum, Sophorum quoq; Regnum, à Sophis, Sapientibus, dictum, Sophi enim seu Sephy Reges ejus nominabantur, *die grosse Könige/ die Könige aller Könige/*) in Zona temp. Sept. est sita.

2. Fluvii ejus nobiliores sunt: 1. *Euphrates*, seu *Phrat*. Turcis, *Moratsu*, circa fontem, qui in majori Armenia est, *Pyxirates*, ubi Taurum irrumpt, *Omira*, & ubi perfregit, *Euphrates*, dictus: Ore suo quondam in mare evolvebatur, postea vero, ab accolis, uti Rhenus in Hollandia, agros rigantibus, præclusus, non nisi per *Tigrim*, secundum Persiæ fluvium, (accolis Tigil dictum, & in Armenia majori, fontem quoque, in planitie conspicuum, habentem,) in Sinum Persicum defertur, Nili instar increscens, & Mesopotamiam, stasis diebus, inundans. 3. *Oxus*, qui de

de lacu Oxo oritur, & juxta Zahaspa Mare Casp. subit. & 4. *Ilmen* vel *Ilment*, cujus fons in *Sizestan*, & ostium juxta *Macran*, ubi in mare Arabicum descendit.

3. Termini: à *Sept.* mare Caspium, *Kilan* quoque, *Mazanderan* vel *Kullum*, dictum, & fluvius *Oxus*. ab *Ortu*: *India*. à *Meridie*: mare mediterraneum & ab *Occasu*: *Euphrates*.

4. Longitudo ejus ab oppido *Derbent*, juxta mare Caspium, ad *Armadabat*, prope *Indum*, est 450. mill. germ.

5. Latitudo, à litoribus *Arabiaë felicis*, sive angustia freti infra *Ormum*, ad *Oxi* usq; ostia, 300. mill. germ.

6. Dividitur in *Regiones XIII.* quarum 1. est *Iran* sive *Karabach*, partem *Arminia* (*Arminieh* dictam,) & *Georgia* (*Gurtz*,) continens, *Urbes* habet: *Ordebad*, *Nachtschuan*, *Berde*. 2. *Diarbeck* vel *Tzifire*, inter *Euphratem* & *Tigrim*, (ubi *Mesopotamia*, *Assyria*, *Chaldea*.) *Urbes* sunt: *Mosul*, olim *Ninive*, *Bagdad*, olim *Babylonia*, tribus ab hac urbe milliar. *Turris Nimrod*is (uti incolis vocatur, & pro *Babylonica* habetur) videre est. *Ervel* vel *Arbela*, *Assyriaë* pagus, in cujus agro *Darius* tertia vice ab *Alexandro M.* victus est.



Plana hæc Provincia est, & cælo contem-
plando, opportuna, quare Assyrii *Astrono-*
miam condiderunt. 3. *Schirvvan* vel *Servvan*,
ubi *Schamachie*, *Servan*, claustrum in expu-
gnabile, Alexandria olim dictum, Turcis ve-
ro *Demicarpi*, hinc portas *Caspas* fuisse, statuit,
cum aliis, *Olearius*. 4. *Kilan*, olim *Hyrkania*,
Terra mire fecunda, ubi vitis unica 60. men-
suras vini implevit, caput Regni fuit *Hyrca-*
nia, nunc *Carizath*, vel *Astrabath*, urbs mu-
nitissima; reliquæ sunt: *Sultanie*, *Saba*, *Kum*,
Caschan, &c. Terra hæc præterea infesta est,
Leopardis, Pantheris, Tigridibus, Leonibus,
&c. pars ejus est. 5. *Masanderan*, vel *Taru-*
stahn, terra quoque fertilissima, unde Poëta,
Hackim Firdausi:

Was ist Masanderan? gleich wie ein Rosenthal/
Nicht allzuheiß/ nicht kalt/ ein Frühling allemahl.
6. *Adirbeitzan*, ubi *Ardebil*, *Tauris*, à Pro-
lemæo, *Taßeis*, dicta, quod nomen retinuit,
Merraga, *Salmas*, &c. 7. *Chorasan*, olim *Bar-*
etiana, cujus caput *Mexat* vel *Mesched*, hic,
prope Nisabour optimæ inveniuntur Turche-
siæ. *Herath*, cujus incolæ, in conficiendis Ta-
petibus & Peritasmatis, sunt exercitatissimi.
8. *Iexd*, *Erackatzem* sive *Parthia*, ubi *Hispa-*
han

han, Sedes Regia. Spaha vel Spaa, quandoq;
 Aspachan, olim vero Hecatompylus, à cen-
 tum portis, & ob magnitudinem suam, di-
 midia orbis pars, Persis, dicta, à fluvio Sende-
 rut rigatur, continens in ambitu suo, 8. mill.
 germ. 9. *Sablustan*, à monte Paropamiso, qui
 Tauri partem constituit, nomen sortita, aspe-
 ra regio est; *Becanus*, contra Patrum senten-
 tiam, afferere conatur, *arcam Noe* in hoc Pa-
 ropamiso monte, qui *Pamer* quoque vocatur,
 subsedisse, utut ex Sacris constet, juga illa
 Ararat dici. Urbes ejus sunt: *Bust*, *Meimine*,
Beksabath &c. 10. *Chusistan*, olim *Susiana* &
Elam fuit, (unde *Elamitæ*,) atque *Susa*, in ea,
 civitas, (cujus mentio fit *Dan. VIII. v. 2.* ubi
 visionem habuit *Daniel* de *Monarchiæ Persi-*
cæ interitu.) quæ hodie *Desu* vocatur. *Con-*
gue, quæ 4000. ædificia habet, & ad sinum
 Persicum sita est. 11. *Fars*, *Farsis*, cujus caput
Persepolis fuit, ab *Alexandro M. ebrio*, *Thai-*
dis, meretricis, instinctu, cum thesauro in-
 genti, cremata, ex cujus ruderibus *Schiras* ex-
 ædificata creditur. *Kasirun*, *Firusabath* &c.
 12. *Kirman* floribus dives atque chalybe, mul-
 tas habet urbes, *Chabis*, *Bermasir*, *Bersir*,
Kerman vero caput regionis est; Huc perti-

net *Ormus* Insula, *Armuzia* dicta, ubi fortalium Regni & urbs elegans *Ormus*, ob commercia gemmarum, quas tridui, ab ea, spatio, incolæ penes Ins. *Barharam*, piscantur, satis clara: unde proverbium, wann die ganze Welt ein Ring wäre / so wäre *Ormus* der Diamant daran. 13. *Sigistan*, *Rustami*, Herois incomparabilis, Patria, montibus cincta est: Hic *Drangæ* olim habitaverunt: Urbes sunt; *Sistan*, *Kaluk*, *Ketz*, quarum prima caput Regionis est.

* *Straussens* Reißbeschr. pag. 126. 128. 163. 172. 174. 178. &c. *Mallet*. lib. IV. p. 71 *du Val* Part. I. p. 461. *Jans.* Atlas Tom. II. Tab. 64. *Atl. Min.* Part. II. p. 321. *Laet.* Tract. Spec. de Persia. Olear. *Persianische* Reißbeschreib. der Schach Sesi. p. 508. Begräbnisse. p. 422. 686. *Kündertust.* pag. 439. *Persische* Städte. p. 444. 460. 476. 490. 492. 552. *Königlicher* Eß-Saal. p. 510 *Kleidung* der Perser. p. 485. *Ihre* Schulen. p. 612. *Strasse* der ungerechten Richter. p. 648. &c.

CAP. V.

DE ARABIA.

*Ejusque Situ, Fluvio, Termini-
nis, Magnitudine, Divisione
& Urbibus.*

1. Arabia, Asiae ultima, terrarum nulli
postferenda, terra, in Zona Torrida
& Temperata Sept. magnam partem ultra
Tropicum Cancrī, sita est.

2. Fluvii ejus sunt: 1. *Euphrates*, de quo vid.
Cap. præc. IV. prop. 2. p. 196. Reliqui minores
sunt: *Astan*, *Prin*, *Zibit*, *Nagaran*, *Eda* &c.

3. Termini ejus sunt: à Sept. Palæstina,
Syria, & Euphrates, ab Ortu: montium juga
& mare Persicum, à Merid: mare Arabicum,
& ab Occid: Sinus Arabicus & Isthmus Ju-
daicus.

4. Longitudo ejus à mari Ægyptio ad Si-
nus Persici fauces, & Corodamum promont.
est mill. germ. 450.

5. Latitudo ejus maxima inter fauces Si-
num Persici & Arabici, milliar. germ. circi-
ter 340.

6. Dividitur in *Petraam*, *Desertam* & *Fe-
licem*.

fortali-
ob com-
spatio,
ur, satis
te ganse
nus der
ni, He-
s cincta
: Urbes
n prima

163. 172.
Part. I. p.
Part. II.
Persianis
Begräb-
Persische
König-
er. p. 485.
sten Rich-

licem. 1. *Petraa*, aliâs inferior, à Turcis vero, Baraab, dicta, à Petra, urbe quondam celeberrima, nomen accepit. Præterea in ea sunt: 1. *Deserta illa*, in quibus Israelitæ per 40. annos erraverunt, quæ arenosa sunt atque sterilia, inter ea eminent desertum Pharan. 2. *Mons Horeb*, ubi Mosis, gregem Soceri sui pascenti, DEUS, in flamma ignis, è medio rubi cujusdam, apparuit, Exod. III, v. 1. seq. 3. *Mons Sinai*, in quo DEUS Legem æternam, tabulis inscriptam, Mosis dedit; ad montis hujus radices, Monasterium S. Catharinæ, ab Imperatore Justiniano, fundatum esse, & Corpus Virginis in vertice montis, Alexandria eo delatum, conquiescere, tradunt. 4. *Castellum Tor*, ad ripam maris Rubri situm, ultra tria milliaria se non extendentis, ubi Israelitæ sicco pede transierunt. 2. *Deserta*; Arden vel Beriarâ, plana ex parte maxima est atq; sterilis, neq; certas, incolæ, etiam hac nostra ætate, habent. Sedes, Scenitæ, à Scenis dicti, quia sub tentoriis habitant, domibus carentes, atq; modo loca editiora, modo valles, prout ratio temporis & pabuli postulat, persequentes: alii uxores & liberos in curribus circumvectant, quibus pro domiciliis utuntur; Huc quoque perti-

pertinent montes Seir. 3 *Felix* nunc Ayaman
 dicta, cinnami, thuris, aliorumque odorum,
 maxime ferax, unde & inclytum ei *Beata* co-
 gnomen; incolæ eam Mamotta & Yaman vo-
 cant; Populorum nomina sunt innumera, at
 clarissima Saracenorum. Urbes sunt celebri-
 res: *Badao*, Regia, ad mare Rubrum. *Gerra*,
 ad Sinum Persicum. *Zibit*, olim *Saba*, (unde
 Regina Hierosolymam venisse scribitur, Salo-
 monis Sapientiam exploratura, Eique, ea ob-
 stupefacta, magnam auri vim, aliaque pretio-
 sa, obtulisse.) *Aden*, omnium pulcherrima &
 optime munita civitas, juxta fauces Sinus A-
 rabici sita. *Mecha*, à latere Orientali maris
 Rubri mœnibus destituta, neq; ultra 6. millia
 habitationum continens, Marsiliæ, in Gallia,
 magnitudine comparata, natalibus præprimis
 Pseudo-Prophetæ *Mahometis*, ejusq; templi,
 (die *Mahomerische Mosquee* / in civitatis me-
 dio constituti, in quod ingressus, non nisi per
 centum portas, quarum ultima ex argento
 conflata est, fieri potest,) satis clara, ut & *Me-
 dina*, maxime nota, quod *Mahomet* ibidem
 sepultus sit, 1200. in ea numerantur domici-
 lia, quorum singula unam saltem contigna-
 tionem habent, exceptis iis, in quibus *Dervis*,

Ebruhars & *Kadris*, (i. e. Alcorani interpretes,) habitant: plurimâ in hac civitate numerantur Tempia, quæ inter familiam ducit, *Mosâ Kibu*, hoc est, Sanctissimum, in quo quotannis Mahometis arca feralis, ex Ægypto, jussu Imperatoris Turcarum, eo, magna cum veneratione & pompa, translata, monstratur, eam vero ex ferro conflata, in aëre, vi magnetum, sustineri, ut quidâ nugantur, minime convenit cum relatione inquilinorum, qui, postquam detestabili illâ turcicâ religione amissâ, ad veram Christianam sunt conversi, retulerunt: insistere eandem columnis ex marmore nigro confectis, atque cancellis argenteis esse cinctam, appositis lampadibus permultis, locum magis obscurantibus, quam illuminantibus, atque præterea Christianis sub pœna capitali interdictum esse, ne locum hunc ad milliar: 15. distantiam accedant, ad quem quotannis ex Damasco, Alcairo & India maximæ suscipiuntur peregrinationes sive supplicationes; Inter *Meeham* & *Mocham*, quæ ad fretum Babelmandel est, (accuratus Babelmendeb, i. e. porta afflictionis,) fabæ majores inveniuntur, ex quibus potus, delicati saporis, *Caffé*, fit. *1 vers.*

p. 69
folo
altâ,
prof
tran
mul
cien
Pela
cam

p. 5
*

leg.
ciza
ligio
p. 8
Ba
p. 19

E

1.

Ad

p. 65. Inter *Meridam & Mecham*, in arido solo, vastæ sunt solitudines, in quibus campi, altâ, obruti, arenâ, haut fecus, quam æquor profundum, ventorum vi, excitantur, ut transeuntes sæpius obruant & exaniment cumuli, hinc inde, congesti, quare iter illuc facientes, amussi, vel acu magneticâ, æque ac in Pelago, opus habent: Phœnicem avem unicam in Arabia existere, tradunt Plinius lib. X.

p. 512. Solinus, Mela, alii.

* Heidmann. p. 213. & 120. 121. Bochart. Phaleg. p. 19. C. p. 36. A. p. 113. A. B. C. &c. & pag. 114. citatus Gabriel Sionita, de Orientalium Urbibus, Religione & moribus. Jansf. Atl. Tom. 11. Tab. 63 Mall. p. 82. lib. IV. Bünting p. 19. 171. & 228. Von den Wallfahrten nach Mecha und Medina. Neukitsch / p. 195. Mallet p. 86.

CAP. VI.

DE TURCIA ASIATICA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Urbibus.*

I. **R**eliqua Asiæ pars, (quæ sub Persarum olim, Macedonum, Romanorum, Assyriorum, aliorumque, potestate, omnium nobi-

nobilissima, censebatur, adventu Turcarum, anno, præprimis, Christi, 1300. ab Osmane vel Ottomanno, primo conditore, penitus devastata, barbarieque fœdata, hætenus sub eorum jugo fuit, usque ad Mahumedem IV. qui Constantinopoli, suam, hodie, adhuc sedem, habet.) in Zona Temperata Sept. est sita.

2. Fluvii ejus præcipui sunt: 1. *Tanais* sive *Don*, Incolis la Tana dictus, in Rezan Ofera oritur, ex Lacu Jubanouvo Lezioro. Terminus est inter Asiam & Europam, in Meridiem obliquè decurrit, atque magna vi aquarum in Paludem Mœotidem influit. 2. *Euphrates*, de quo Cap. præc. IV. prop. 2. p. 196. 3. *Jordanus*, juxta montis anti Libani radices, duobus fontibus, nascitur, quorum alter *Jor*, & *Dan* alter audit, qui, juxta *Cæsaream Philippi*, nomen *Jordan* vel *Jordanis*, amni fecerunt, in Lacum primo se fundit *Samothoniten*, deinde juxta *Capernaum*, mari Galilææ miscetur, tandem in mare mortuum se exonerat, continens in longitud. sua, 23. aut 24. mill. germ.

3. Termini sunt: ab Oriente: Persia, à Meridie: Arabia, ab Occasu: Mare Syriacum & Ægæum, & à Septentr. Mare Tartaricum & Moscoviticum.

4. Lon-

4. Longitudo, ab Abydo, ad Urchoam vel Ur, Abrahami Patriam, est circiter 345. mill.

5. Latitudo, quæ inæqualis, à Tripoli ad Hierosolymam usque est mill. 150.

6. Divisa olim fuit in Regiones seqq. quæ sunt: *Albania, Iberia, Colchis, Armenia, Cappadocia, Galatia, Pontus & Bithynia, Asia Minor, sive proprie dicta Lycia, Pamphilia, Cilicia, Syria, Mesopotamia, Babylonia & Arabia;* Hodie: *I. Georgia. II. Armenia. III. Asia minor, & IV. Syria.*

I. Georgia, cujus partes sunt: (1) Comania, Albania pars & Amazonum Patria, ubi Incolæ à parte orientali maris Caspii non nisi ex rapina vivunt. (2)

Gurgistan, olim Iberia, cujus caput est Testis. (3) Mingrelia olim Colchis, cujus Civitates sunt: Vartlui, Savatapolis, &c. Hujus districtus incolæ inopiâ summâ & pauperie coacti, liberos suos haut raro Turcis vendunt. (4)

Avogasia vel Abcasses, ubi Santa Sophia. (5) Circassia, cujus caput Tenruck vel Teman; Nusquam Terrarum elegantioris formæ homines reperiri, atque hîc, Mallet tradit. II.

Armenia vel Turcomannia, cujus civitates sunt: Erzserum, Cars, Wan & Erivvan, in Petra ad radices montis Ararat, extructa, in quo

quo *Noë Arca* quievit. *III. Asia minor*, cujus urbes & loca præcipua: *Troja* sive *Ilium*, (Equus Trojanus. Porcus Trojanus) *Phrygiæ* urbs (sero sapiunt Phryges) *Alexandria* vel *Alexandria Troas*, *Pergamus*, ab invento, pergamena charta, nomen habens. *Smyrna*, *Apoc. II. 8.* Homeri patria. *Ismir* Turcis appellata, (Mores Smyrnæi:) *Phyladelphia*, *Lydiæ* urbs (Lapis Lydius) cujus incolæ molles, & dediti voluptatibus sunt. Ad ostium *Caystri*, *Colophon*, (colophonem rei addere) item *Ephesus*, *Apoc. II. 1.* ubi Templum *Dianæ*, (in qua statua *Hecatæ*) opus Amazonum, satis magnificentum eo die conflagravit, quo *Pellæ* natus est *Alexander M.* & juxta fontem, *Tripolis*. *Gordium* (Nodus Gordius) *Antiochia* & *Laodicea* ad *Meandri* fluv. (gyri *meandri*) ostia. *Stratonice*, in ruinis hodie jacens, *Halicarnassus*, *Herodoti*, *Historiarum Patris*, & *Dionysii*, Patria, *Patara*, juxta montem *Chimæram*, fumum exhalantem: de quo *Ovidius*.

Quoq; *Chimæra* jugo mediis in partibus hircum, *Pectus* & ora *Leo*, caudam serpentis habet.

Antiochia, *Pamphylia*, *Pergia*, *Tarsus* *Cilicia*, *Apostoli Pauli* natalitiis clara. *IV. Syria*, (à Tur-

(à Turcis *Soristan*, & ab advenis, *Levante* dicta.) Cujus partes sunt V. I. *Palæstina*, partes habens 4. [1] *Idumæa* in qua *Gaza*, cujus Portas Samson in montem vicinum Hebron versus deportavit, incolas habuit filios Enakim. [2] *Judea*, in qua *Hierosolyma*, *Solyma* vel *Salem* olim dicta, civitas fatis nota, & Templo Salomonis magnificentissimo condecorata. *Mall.* inter alia refert, Imperatorem Persarum *Cosroen* vi eandem occupasse, atque interfecisse 90000. hominum, crucem Salvatoris abstulisse, & annis 14. elapsis, filium ejus *Siroen*, *Heraclio* Imperatori eam vendidisse. [3] *Jericho*, *Joppe*, ubi *Jonas*, Dei conspectum fugiens, navim conscendit. *Emaus*, *Bethlehem*, Jesu Christi, humani generis Salvatoris, natalibus, in toto *Tertiarum Orbe*, nobilissima *Samaria*, cujus caput *Samaria*. [4] *Galilæa*, ubi *Nazareth*, Christi educatione fatis clara. *Tiberias*, *Cana* &c. Cœterum *Palæstina* in XII. Tribus dividitur, ut sunt: Tribus *Ruben*, *Gad*, *Manasse*, &c. de quibus prolixè *Adrichomius*, *Bunting*, *Heidmannus*, & alii. II. *Phœnice*, ubi *Tyrus*, *Sidon*, [à cujus tergo *Libanus* orsus,] & *Aradus*, *Tripolis*, *Syriæ*, [ad differentiam *Tripolis Barbariæ*,]

vor, cu-
Ilium,
Phry-
candria
nvento,
myrna,
rcis ap-
delphia,
læ mol-
ostium
ddere)
m Dia-
zonum,
, quo
fontem,
Antio-
ri mean-
e jacens,
n Patris,
montem
de quo
ircum-
t.
rsus Cili-
v. Syria,
(à Tur-

bariæ.] secundum Strabonem à tribus dictis urbibus condita, atque re ipsa hoc nomen sortita est. *III. Antiochene*, caput est *Antiochia*, ubi Daphnes, lucus amœnissimus, Tempia civitatis contrarium habebant situm, cum Altaria non orientem spectarent, sed occidentem. *IV. Comagene*, ubi *Samosata*, Regni quondam caput, ad Euphratem sita, *Germanicia*, Nestorii, hæretici Patria. *V. Cœlesyria*, in qua caput *Damascus*, quæ Turcis Scham dicitur, atque officina est armorum bellicorum nobilissima, item serici, gossypini & byssini panni, [unde Seiden Dammasch] *Alepo*, Emporium clarissimum, ubi Galli, Itali, Angli, aliique Europæi, Consules suos habent.

* *Horn. Orb. Polit. Part. IV. p. 62. Cluv. p. 561. Cap. 16. Koenig. Vest. p. 245. Jans. Atl. Contr. Part. II. Tab. 57. 59. 61. 62. Atl. Min. Part. II. pag. 503. 309. 317. du Val. Part. 1. p. 390. Mallet. lib. IV. pag. 95. Schulthes. lib. II. p. 424.*

* *Insula Asiæ adjacentes sunt: Japonia*, ubi Miaco cum Templo Daibuth, & palatio Daicro. Jedo cum palatio Regio, & Templo Amida. Mallet. p. 23. Du Val. P. I. p. 551. Ivers. p. 108. König. Vest. p. 291. *Islas de las Velas*, die Diebs. Insuln. Mallet. p. 33. *Nova Guinea*, Mall. lib. VI. pag. 133. *Hollandia Nova*, Mall.

Mall. L. VI. pag. 142. *Formosa*. *Straussens*
 Itin. p. 32. Cluv. p. 526. Ivers. p. 115. *Hainan*.
 Cluv. p. 526. *Philippina*, Tantaya, Luzon, &c.
 cujus caput Manilha. Mall. p. 55. König Vest.
 p. 294. *Molucca*, sub æquatore, Ternate, cujus
 caput, Gammalame: Naves & Certamina in-
 colarum describit Ivers. p. 185. *Tidoro*, *Timor*,
 inter quas dispersæ aliæ jacent *Maurica*, *del*
Mor, dictæ. König. Vest. p. 295. Atl. Min. P.
 2. p. 346. Mall. p. 60. *Sonde* vel *Sinde* *Orien-*
tales. Moratay, Gilolo, Timor, Flores, Cele-
 bes, cujus caput Macazar. Mall. p. 58. *Sinde*
Occidentales, Java, ubi Batavia, Bantam, Ma-
 taran, &c, Borneo, Sumatra. Du Val. Part. I.
 p. 547. Mall. p. 62. Atl. Min Part. 2. p. 344.
 Ivers. p. 8. 13. & 17. *Ceilan* olim Taprobane,
 in qua Pic d'Adam, mons, & civitates Co-
 lombo' & Gale. Mallet. pag. 55. Atl. Minor.
 Part. II. pag. 344. Ivers. p. 83. *Maldiva*. Du
 Val. Part. I. pag. 542. Mall. pag. 69. *Cyprus*,
 cujus caput Nicosia. Atl. Min. Part. II. p. 313.
 Mallet. pag. 135. Schulthes. Lib. II. pag. 459.
Rhodus, cujus caput Rhodis. Ubi Colossus.
 Mallet. p. 129. Morisot. Lib. I. cap. 49. p. 317.
 Plin. Lib. V. p. 279. *Carpathus*, vel *Scarpante*,
Stampalia, olim *Astypalea*, *Amorgus*, *Nicosia*,
 Pat-

s dictis
 nomen
 Antio-
 Tem-
 n, cum
 cciden-
 Regni
 Germa-
 elesyria,
 Scham
 bellico-
 & bys-
 Alepo,
 ali, An-
 abent.
 p. 561
 tr. Part.
 ag. 503.
 IV. pag.
 nia, ubi
 tio Dai-
 plo A-
 I. Ivers.
 s Velas,
 va Gui-
 a Nova,
 Mall.

Patmus, Exilio Johan. celebris, ubi Apocalypsin in *Theoskeposti* conscripsisse fertur, *Icaris*, *Samus*, *Chius*, *Lesbus*, vel *Metelino*, *Lemnos*, *Imbrus* hodiè *Lembro*, &c. Mall, p. 122. seq.

SECTIO III.

DE AFRICA.

1. **A**frica, totius Terrarum Orbis, peninsula maxima, Arabis, Frichia; Græcis. Lybia; & incolis Ifriquia dicta, sita, qua maximam partem, sub Zona Torrida est.

2. Terminatur Maribus, ab *Ortu*: Rubro, & parte Indici maris; à *Mer*: Æthiopico; Ab *Occid*: Atlantico; & à *Sept*. interno, Africo scil. & Libyco.

3. Longitudo ejus summa, à Prom. Hesperio sive Capo Verde, ad Prom. Aromata sive Cap. de Guardafuy, est mill. 1550.

4. Latitudo, à freto Herculeo ad Prom. Bonæ Spei, mill. 1148.

5. Divisa olim in varias Regiones sive satrapias fuit: Romanis in 6. Ptolemæo in 12. Jo. Leoni, Africano, in 4. quibus Maginus tres addidit, atque ita hodie commode in VII. partes dividitur, 1. *Barbariam* scil. 2. *Biledulgerid*

gerid, 3. Sarram, 4. Ægyptum, 5. Nigritiam,
6. Abyssinam, & 7. Æthiopiam Interiorem
& Exteriorem.

* Morisot. Lib. I. p. 279. Plin. lib. V. à p. 242. ad
254. Cluv. Lib. VI. p. 621. Janson. Atl. C. Tom. II.
à Tab. 50. ad 56. Atl. Min. Part. II. à p. 300. ad 383.
Mallet. Part. III. tot. du Val, Part. I. p. 216. Horn.
Part. IV. p. 20. & 78. &c.

CAP. I.

DE BARBARIA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Urbibus.*

1. **B**arbaria, Africae pars borealissima &
nobilissima, Europae proxima, sub
Zona temperata S. est sita.

2. Fluvii ejus sunt: 1. Cebur vel Subu, 2.
Mulvia, 3. Major, 4. Megerada, &c.

3. Termini sunt: ab Ortū: Ægyptus: à
Meridie: Atlas major: ab Occasu: mare
Atlanticum, & à Sept. Mediterraneum.

4. Longitudo ejus, à mari Atlantico ad
Alexandriam Ægypti, est mill. germ. 627.

5. Latitudo ejus maxima 100. mill. germ.
vix excedit.

6. Divi-

6. Dividitur in 7. Regna: 1. *Fetz*, cujus
 urbes: *Tanger*, *Sala*, vel *Salee*, regia vero est
Fetz, quæ Alchymistis referta est, & Academi-
 miam habet, portas 80, hospitalia 200, 100.
 mille domos, & 32. suburbia. 2. *Maroco*, cu-
 jus caput *Maroco*, civitas olim splendidissima
 postea vero ab Arabibus dirivata, *Fetz* & *Ma-*
roco occupant Mauritaniam Tingitanam,
 Tingi, Civitate ita dictam, in hac provincia
 sunt *Abyla* & *Calpe*, (Herculis Columnæ) e-
 regione, in Hispania, item *Atlas Minor*. Leo-
 nes hujus districtus incolæ igne & facibus ac-
 censis capiunt. *M. p. 91.* atq; satis scite, ut & re-
 liqui Barbariæ incolæ, Coralia ex maris fundo
 asportare norunt. *M. p. 115.* 3. *Mauritania Ca-*
sariensis, hodie *Darense*, ubi *Melille*, ad mare
 conspicua Hispanorum civitas, & *Dara*, juxta
 fontes fluvii *Chir*, Regni Caput. 4. *Tremisenis*,
 & urbs ejus nominis, 150. templis olim clara
 postea vero bellis maxime attenuata, *Algira*,
Algeir, populosissima Barbariæ civitas, 15000.
 ædes, intra mœnia, continet, inexpugnabilis
 habetur, pyratica Christianis, atque eorum
 cruciatu & carnifice maxime formidabilis est,
 (*Mall. p. 10.*) & expeditione Caroli V. clara.
 5. *Tunetanum* sive regio *Zeugitana* vel *Africa*
 minor,

minor, ubi *Carthago* olim Romæ æmula fuit,
 mœnibus per amplis, 42000. turribus conde-
 coratis, cincta, & concilio, quod tempore S.
 Augustini celebratum in ea fuit, clara. Ex
 hujus ruderibus, postquam per Scipionem
 Æmilianum, ex Catonis Consilio, funditus
 everfa fuit, *Tunetum*, amplissima civitas, nata
 est, quæ *Themisa* quoque, vel *Tunis* *Tunes*
 & *Tynis*, dicitur, in qua Sedes Bassæ, arx ma-
 gnifica, ædificia cespide recta sunt, ad excipi-
 endam eò commodius aquam. Novem ibi
 numerantur Collegia Studiosorum, 8. Judæ-
 orum Synagogæ, 12. Sacella Christianorum,
 &c. *Gouletta*, arx munitissima, à Carolo V.
 ad fretum Tunetanum, extructa est, postea à
 Turcis, portu prius amplo satis, exædificato,
 mœnibus & valle, cincta. 6. *Tripolis* cuj⁹ Em-
 porium, *Tripolis* Barbariæ, (ad differentiam
Tripolis Syria, ita dicta,) ad mare sita est. 7.
Barcana vel *Barcha*, *Cyranica* olim *Pentapo-*
litana vel *Marmarica*, dicta: *desertum* ejus ab
 Arabibus *Sahart Barca* vocatur, i. e. *Der Weg*
des Ungewitters. Inter miserimos totius
 Mundi homines, hujus districtus Incolæ, nu-
 merantur: cùm nudi à capite ad calcem usq;
 incedant, & solis plerumque ardore vehe-
 menti,

menti, vel siti, ob aquarum defectum, & fame, (nisi liberos quandoque suos, pro frumento, è vicinia, allato, ne prorsus eâ pereant oppignorent;) extinguantur, civitates sunt *Arsinœ*, juxta quam labyrinthus olim fuit, ex marmore extructus, unicum habens descensum, vias intus innumeras, 1000. domos, 12. Regias &c. *Caruenna*, olim *Cyrene*, Hic *Jovis Ammonis* Oraculum, Templum & fons *Solis*, fuerunt. de quibus *Curtius* Lib. IV.

* *Cluv. Lib. VI. p. 641. Mallet. Lib. V. p. 5. Horn. Orb. Part. IV. p. 80. du Val. Part. I. p. 228. Schulth. Lib. II. p. 482. Janson. Atl. Contr. Tom. II. Tab. 51. Atl. Min. Part. II. p. 365.*

CAP. II.

DE BILEDULGERID.

Ejusque Situ, Fluviiis, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **B**iledulgerid sive Numidia, regio quæ maximam partem sterilis & torrida est, à dactylorum proventu ita dicta, atque sita sub Zona Temperata S.

2. Fluvii sunt: 1. *Ziz* vel *Zis*. 2. *Glibr*, &c.
3. *Ter*

3. Termini sunt : *ab Ortu* : Ægyptus & Regnum Abyssinorum, à *Merid.* Regnum Sarræ, vel Zaara; *ab Occasu* : mare Atlanticum. & à *Sept.* Atlas major.

4. Longitudo à Rio d' Ouro, vel mari Atlantico, ad finem usque montis Azar vel Ater est mill. germ. 750.

5. Latitudo vero inæqualis.

6. Divisa est in varia Regna : *Turga* vel *Targa* aëre & aqua salubri lætisque abundat pascuis, in qua caput *Targa* est. *Berdoa*, *Gaoga*, ab urbibus suis ita appellata : Quatuor deserta maxima sunt : 1. *Zanhaga*, 2. *Zuenziga*, ubi sal effoditur optimum. 3. *Lempta*, cujus incolæ latrones sunt, terra arida, & iter facientibus infensa atq; periculosa. 4. *Hair*, sub Tropico ☉. In desertis his, in itinere, 50. vel plurium milliarium, nulli reperiuntur fontes, quare Mercatores in itinere aquam secum ferunt; juxta civitatem *Messa* vel *Massa*, Jonam Prophetam, à balæna in litus ejectum esse, incolæ contendunt. *Gnargala* elegantis structuræ civitas est, cui *Biledulgerid* adjacet; in hoc districtu struthionib⁹ incolæ (Gætuli) vescuntur, Arabis *Naama* dictis, hominem vel equum altitudine haut raro superantibus.

* *Mallet Lib. V. p. 86. Ortel. Tab. 90. Cluv. Lib. VI. p. 646. Schulthes. Lib. II. p. 503.*

CAP. III.

DE SARRA.

I. **S**ARRA, i. e. Regio deserta, præcedenti ad meridiem coadjuncta, deserta satis est, atque male habitata. Maximam, ea, partem, Libyæ interioris continet, atque à Regno Goag ad Oceanum usque, extenditur; Incolæ Trogloditæ, à subeundis cavernis, dicti, cum Leonibus, Tygridibus, Leopardis, Struthionibus, aliisque beluis ferocissimis, certant. Vehementissimus hujus Terræ calor & æstus nimius in causa est, ut feræ ibidem innumera reperiantur, aquatum quippe euntes, aliis diversarum specierum se associant, bestiis, ex quo mutuo coitu varia oriuntur monstra, unde proverbium: Africam semper aliquid novi proferre. Urbes sunt: *Garama* & *Debrin* ubi fons est interdiu frigans, & fervens noctu.

* *Cluv. p. 633. & 649. Mallet Lib. V. p. 89. 84. 85. du Val. Part. I. p. 275 &c.*

CAP. IV.

DE ÆGYPTO.

*Ejusq; Situ, Fluvio, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **Æ**gyptus (Turcici Imperii non minima pars, Coptis, *Massir*; Turcis, *Missir*; & Judæis, *Misrain*, dicta) sub Zona Temp. S. est sita.

2. Fluviorum præcipuus *Nilus* est, inter quatuor maximos Totius Mundi, in ordine quartus, in Sacris *Gihon* dictus: De Origine hujus Fluvii inter Geographos disceptatur, quemadmodum prolixè & accuratissime de eo differit, *Dom: Ludolphus* alias *Leutholdt* in *Histor. sua Æthiopica, Lib. 1. c. 8.* Ex multis pauca apponere hîc placet: Certe nullius fluminis naturam & ortum veteres curiosius investigarunt, nec in ullo magis decepti fuerunt; Nam inundatio, ferventissimo anni tempore alius Orbis cogniti fluvio insolita: tam salutaris, quam questuosa Ægypto: & ignorantia cause, tantam admirationem Veterum animis injecerat, ut privati pariter, ac Principes n hil

Cluv. Lib.

æcedenti
eserta satis
n, ea, par-
e à Regno
it; Inco-
nis, dicti,
rdis, Stru-
, certant
or & æstus
innumera
tes, aliis,
bestiis, es
nstra, un-
liquid no-
& Debris
ens noctu.

V. p. 89. 84.

CAP.

æque in votis haberent, quam, ut tam insigni boni, initium, nimirum tanti fluminis caput, cognoscerent. Repertique sunt Imperatores & Reges, qui missa armatorum manu id explorare, sed frustra, conati sunt. Veteres Geographi plerique longè ultra æquinoctialem terminum in Lunæ montibus, nescio quibus, fontes ejus ex mera conjectura, locaverunt, & paulo post Nunc autem Lusitanorum in Habessiniam profectio- nibus, Patrumque Societatis solertiâ, cogniti fuerunt isti fontes, antiquitati tam diu sol- licite inquisiti. Descripsit eos Athanasius Kir- chernus ex relatione P. Petri Pays, qui suis oculis illos lustravit. In Regno Gojam, & quidem parte ejus occidentali, in Provincia Sabala, (Typum Hydrophilacii & Orig: Nili vide in Prod: Apol. Kirch. pag. 200.) quam Agavvi inhabitant, reperiri dicit duos rotundos fontes, valde profundos, in editiore loco, humo circum tremulâ & paludosâ, aquam tamen ibi non redundare, sed in montis radice exitum ha- bere, &c. Transit autem Lacum Tzanicum, Habessiniae Regna, quæ à dextra relinquens per loca, arenis squalentia, versus Septentrionem pergit. Ægyptum inundatione sua irrigaturus, ibique aliquot ostiis in mare effunditur. De

Exun-

Exundatione ejus *Neutsch, pag. 113.* Es hebet
aber der Nilus den 15. Junii an zu wachsen/
und wäret 50. Tage also / und wenn derselbe
genug gewachsen hat / so gehet er alsdann auß
und über / und tritt in der Statt Babylon
oder Gran-Cair in die an vielen Orthen dazu
gemachte Graben und Schleussen / daß man
mit Schiffen durch die Statt fahren kan/
und stehet also 16. bis 20. Tage lang / ehe er
wieder fällt / und das geschiehet alle Jahr
nur ein mahl. In demselben halten sich die
Crocodilen häufig auff. &c.

3. Termini sunt; *Ab ortu:* Palæstina, Ara-
bia & Mare rubrum; *a Merid:* Habessinia;
ab Occasu: Regnum & desertum Barcha; &
à Sept. Mare Ægyptiacum.

4. Longitudo Ægypti est mill. germ. 127.

5. Latitudo vero 50.

6. Dividebatur olim in Superiorem & In-
feriorem, &c. Hodie dividitur in tres partes:
1. Bahri, Nieder. Ægypten / 2. Vostani, Mittlere
Ægypten / & 3. Said vel Haute, Hoch. Æg-
ypen. 1. Bahri tractus est, quem Nilus, in ostia
divis⁹, complectitur, Delta, Antiquis, à forma
triangulari, dictus, pagos continens 20. mil-
le; Caput ejus est *Alexandria*, (Turcis Scan-
deria,)

deria,) ab Alexandro M. annis, ante natum
 Christum, 331, extracta, Academia ornata &
 Bibliotheca 700. mille librorum; Maxima,
 post Romam, totius fere Orbis Terrarum,
 urbs fuit, hodie vero, *Diodoro Siculo* teste,
 misere devastata. Visuntur tamen in ea non
 nulla adhuc conclavia 72. interpretum, (in
 templo scil. à Turcis exædificato, *Giana* &
Garbie,) qui Ptolemæi jussu, Vetus Testa-
 mentum ex Hebræo in Græcam transtulerunt
 linguam; Palatium Ptolemæi & Cleopatrarum
 Lapis, juxta quem *Marcus Evangelista*, capi-
 te plexus est, ejusque ut & *Athanasii*, cujus
 Symbolum notum est, sepulchrum, multæ
 pyramides marmoreæ, plateæ præterea nobi-
 stratæ lapidibus, neque tectis ædificia, *Porus*
 civitatis insignis, *Marsa* dictus, duas arces ha-
 bet, quarum altera, *Farillon* extracta creditur
 ex ruderibus Turris Pharaonis, *Torre del Pha-
 ro*, ad quam omnibus omnino Christianis ac-
 cessus denegatur, quæ turris cum pyramidibus
 inter 7. Mundi miracula numerata fuit; *Co-
 lumna* etiam, notatu digna est, *Pompeii*, extra
 civitatem constituta, qua nulla splendidior in
 orbe, teste *Mall*: Galli quoque domum in ci-
 vitate hac habent, *Fandego* dictam, in qua
 Con-

Consules Regis Galliaë habitant, Reliquæ
urbes sunt: *Damiata*, claustrum munitissi-
mum, *Ptolemæi*, Geographi Patria. *Rosetto*,
hodie *Raschitt*, à roseto & Palmis, quod
amœnitate hortorum reliqua omnia loca su-
peret, ita dicta. Tempore *Ptolemæi Philadel-*
phi Ægyptus 20000. urbes habuisse tradunt
Geographi. 2. *Vostani* vel *Heptanomos*, ubi
Babylon, vel *Gran-Cairo*, totius Regni Em-
porium celeberrimum, Arabis *Ilkaber*, Tur-
cis, *Missir* vel *Mesrain*, & Incolis, *Alcain*, di-
ctum, Platearum hic numerantur 14. millia,
Templorum majorum, marmore bene polito
mirifice splendentium 7. millia, majorum &
minorum (*Musqueen*) vero 72. millia. Urbs
est populosissima, ita, ut tempore pestis uno
die 14. vel 15. millia hominum ea pereant, nu-
merus incolarum ad 7. milliones accedit,
Longa urbs est 3. mill. germ. & vel triplo ma-
jor Lutetiâ Parisiorum, Arx *Divan*, in qua Se-
dem suam *Satrapa* (der *Beglerbeeg von E-*
gypten) habet, *Liphæ* urbi par magnitudine
esse dicitur, Præterea notantur in ea, & agro
ejus, *Pyramides* stupendæ magnitudinis, ita ut
in extructione unius 36. mille homines per vi-
centium integrum fuerint occupati; *Mumia*,

five Corpora arefacta humana, ab Ægyptiis ante 2000. annos, aromatib⁹ condita atq; balsamo. Hortus in *Matarea*, locus est extra civitatem orientem spectans, ubi *Mariam* cum *Iosepho* & *Filiolo* suo, in Ægyptum fugientem, aliquantulum moratam esse, quidam tradunt.

3. *Said*, *Thebaide* olim, cujus caput *Asna* vel *Syene*, limes olim Imperii Romani, hodie Turcici & climatis secundi. *Theba*, hodie *Said*, five *Hecatompyle*, à 100. Portis vel *Aulis*, ita dictæ &c.

Bochart. Phaleg p. 292. Plin. Lib. V. pag. 255. Morisot. Lib. I. p. 131. Schott. Curs. Lib. II. Geogr. p. 330. cap. IV. Jans. Atl. Contr. T. II. Tab. 56. Atl. Min. P. II. p. 368. Ortel. T. 89. Mallet Lib. V. p. 26. Neitzschiz Siebenjährige Weltbeschreibung. à pag. 111. ad 141. & Cap. IV. p. 132. von den Münnern/ und unterschiedenen Raritäten des rothen Meers. &c.

CAP. V.

DE REGNO NIGRITANORUM.

Ejusq; Situ, Fluvius, Terminis, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **N**igritia vel Nigritarum Regio (das Land der Schwarzen) à tergo Sar-

ræ, magis versus meridiem, atque sub Zona torrida, sita est.

2. Fluviorum maximus est *Niger*, (hinc Incolæ *Nigræ* audiunt, vel etiam à Metropoli, *Nigira*, ad ripam fluvii extructa, vel à colore eorum atro, ipsis gratissimo,) ex Lacu ejusdem nominis ortus, à meridie Septentrionem versus tendens, lacui *Borno* miscetur, quem alii fontem *Nigri* verum esse volunt, atq; hinc in occidentem decurrens, per varia ostia, (quorum tria, *Senega*, *Gambie* & *Rio grande*, præcipua sunt) mare Atlanticum subit.

3. Termini sunt; *ab Ortu*: Insula *Merœe*; *à Merid.* *Congo*: *ab Occasu*: Mare Atlanticum, & *à Sept.* *Sarra*.

4. Longitudo, ab Insula *Nili*, *Meroe*, ad ostia *Nigri* vel *Cabo Verde*, est milliar. germ. 800.

5. Latitudo est inæqualis.

6. Dividitur in Regna 25. vel 26. ab eorum urbibus pleraque denominata, ut sunt: *Genehoa*, olim *Ginea*, juxta *Cabo Blanco*. *Senega* vel *Canaga*, in *Cabo Verde*, (caput viride, à colore nomen habet, quia aqua maris inter Insulas *Hesperides* & caput hoc viridis apparet, propter herbam, similitudine *petroselinum*

Ægyptiis
atq; bal-
t extra ci-
riam cum
gientem,
tradunt.
Asna vel
i, hodie
a, hodie
is vel Au-

7. pag. 255.
1. Geogr. p.
5. Atl. Mir.
26. Neitx-
pag. 111. ad
n/ und un-
&c.

RUM.
minis,
gio (das
ergo Sar-
ra,



num referentem, atque ipsius superficiei incumbentem, quam Belgæ *flein Petersilien* vocant.) *Gambra*, cujus incolæ carne caninâ vescuntur, *Melli*, ubi reliquis Nigritis civiliores & ditiores incolæ sunt. *Agadez*, cujus caput *Agades*, ubi Manna in magna invenitur copia, quæ in aqua vel alio liquido pota, refrigerandi vim habet; Rex ejus Regi Tombuten si annum tributum, 150000. florenorum, persolvit. *Gangara* aurifodinis dives est. *Nubia*, à Christianis olim habitata, in longitudine sua 225. continet mill. germ. Solem, hodie, ejus incolæ, vel Lunam & stellas, adorant, etiam terram, quia fruges profert. Singulare genus veneni acutissimi hic invenitur, cujus una uncia 100. ducatis constat, & inter alia animalia, Cameli, item Rhinocerotes, Cornua in capitibus habentes, quorum unum, quartam ulnæ partem sua longitudine exæquans, 40. vel 50. venit imperialibus. *Bramas*, è cujus montibus, Medram versus, Smaragdus effoditur &c. Omnium vero, totius Nigritiæ, Regnorum, nobilissimum *Guinea* est, *Ginni* Incolis dictum; aëris calidissimi est, & auri dives, quare peculiaris tractus ipsius, *Guinea Aurea*, (Belgis *die Goud Rüste*) vel

vel litus aureum, vocatur: Regna potiora sunt: 1. *Ardra* cujus caput est *Ardra*, *Ardres* vel *Arsen*, optime munita civitas, contra Europæorum consuetudinem, fossam enim intramœnia habet. 2. *Fetu*, ubi Sedes Regia est urbs *Fetu* 3. mill. germ. à Cabo Corso sita. Fortalitia in litore duo sunt optima. 1. *Castel S. George del Mina*, anno Christi, 1637. à Portugallis extructum, & 2. *Carlsburg* olim, (quod anno Christi 1652. juxta C. Corso à Suecis ædificatum,) nunc *Fridrichsburg* quia anno 1658. armata manu Suecis à Danis ereptum est. Incolæ sunt Mendaces, callidi in summo gradu, optima memoria præditi, lectionis atque scriptionis plane inexperres, idololatræ, cùm quilibet eorum suum peculiarem Deum habeat, vel arborem, vel montem, vel simiæ caput: (loca Nigritiæ & Habessinæ Simiæ frequentant ea, ubi arborum copia & paludes multæ sunt; ex quibus ad Europæos deportantur, postquam vivæ à venatoribus, ridiculo plane modo, captæ sunt, *Mallet pag. 78. lib. V.*) Cæterum Luxuriosi sunt incolæ, & carnes multiplicando, multiplicant vermes: uti proverbium habet, quos, in eorum corporibus

bus natos, cutemque exedentes, digitis apprehendunt, atque per eundem extrahunt.

* *Cluv. p. 647. du Val. Part. 1. p. 279. Schultes. Lib. II. p. 510 Mallet p. 75. Atlas Min. P. II. p. 375. Tract. Miilleri de Regione Fetu &c.*

CAP. VI.

DE HABESSINA.

*Ejusq; Situ, Fluvio, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **H**abessina, quæ etiam *Habassia*, *Habessinia* (quam probrosam appellationem incolæ spreverunt longe, eo, quod *Habesch* colluviem vel mixturam gentium significet) *Æthiopia superior, interior, India Australis &c.* (etiam terra vel imperium *Præstegan*, Presbyteri nimirum, vel Pretiosi *Joannis*, vulgo *Prete Gianni* dicti, sed minus accuratè, de quo omnino vid. Exc. Dn. *Ludolphus à Zentholf. in Histor. Æthiop. Cap. 1. Lib. II.*) vocatur, non attingit, multo minus transit æquinoctialem, licet omnes plerumq; Historici & Geographi illud hætenus statuerint, sed potius intra gradum 8. & 16. circiter, lati-

latitudinis Sept. in Zona Torrida sita est, atq; à rudi plebe super omnes campos, Poëtarum, Elysios, celebrata, & vulgo Paep Jans Land/ vel Schlauffenland/ vocata.

2. Fluvii, præter *Nilum*, de quo Cap. IV. prop. 2. p. 219. actū est, Incolis *Abavvi*, dictū, sunt: 1. *Tacaze*, qui è monte Ashguagua ortus, Nilo tandem miscetur. 2. *Mareb*, cujus natura mirabilis, haut procul Fremona natus, postmodum Casrorū agris receptus, ex oculis incolarū aufertur, spatio sat longo humi se condens, ita quidem, ut aquam æque ac pisces, 2. vel 3. pedes fodientibus, largiatur, renascitur tamen prope fontes suos, & in Dequini Campis ab arena totus absorbetur. Hunc 3. *Havvasch* imitatur, arena se quoque abscondens, postquam patriam suam, quæ juxta Lacum Zawaja est, reliquit, & in solo siticuloso in plurimos, divisus, rivulos est.

3. Termini: *Ab Oriente*: olim mare Rubrum fuit, nunc vero, captâ à Turcis Insulâ Malzuâ, occupato ve portu Arkiko, omne ipsis, cessit litus. *à Meridie*: Regnum Alaba; *ab Occasu*: Nilus per ingentes solitudines evolutus, atq; Æthiopum, in iisdem oberrantium, sedes, *à Sept.* Regnum Fund, alias Sennar, Nubiæ veteris pars, 4. Lon-

4. Longitudo ejus conjecturalis à Mari rubro ad fines Dembeyæ usque 140. Leucarum esse dicitur.

5. Latitudo inter Regna Alabar & Sennar 7. fere graduum, i. e. 105. mill germ.

6. Dividitur in plurima Regna, quorum *Paulus Jovius* 40. enumerat, *Matthæus Armenus*, 60. *Tespha Sionus*, qui Novum Test: Æthiopicum edidit, 62. *Dominus Ludolphus à Leutholff* / 20. & ultra esse testatur, ut sunt: *Akamba, Ambaçel, Atronça, Mariam, Bada-bad, Barara, Beda-gadal, Dada, Demah, Ephrata, Feres-bahr, Grumghè, Ghel, Gheshen, Hagara-Christos, Karna-Mariam, Malza, Tabor, Waro, Zarambla &c.* Montes in hoc Regno cellissimi & mirabilis figuræ sunt *Amhara, Geshen, Ambaçel, &c.* Urbes paucæ, vici plurimi & ædificia ex stramine & creta constructa. Ipse Rex sub tentoriis degit, verum optime dispositis. Cœterum *Habessin* Ritus Judæorum & Christianorum retinentes, Diem Saturni & Dominicum celebrant, in Eucharistia azymo pane utuntur, idque die Jovis ante festum Paschatos, cœteris vero diebus, fermentato; Vinum Diaconus cochleari è calice haustum omnibus tam clericis

ricis quam laicis distribuit; S. Coenâ utuntur
singulis septimanis, vel mensibus, sed non
nisi inter sacros parietes, Annum ordiuntur
calendis Septembris, quia mundum in æqui-
noctio autumnali conditum esse credunt,
Mortuos lotos & suffumigatos vestibis in-
volvunt, crudâ & semicoctâ carne bubulâ
avidè vescuntur, remotis mensis demum bi-
bunt, plantandum prius, quàm irrigandû esse,
dicentes: Ex frugibus potum conficiunt,
Zythum sine lupulo album & dulcem, Saxo-
nicæ, (Brenhan) ferè similem; Vestitus te-
nuis est: Principes sericis utuntur; Clerici
vel Opulentiores, gossipinis; Pauperes semi-
nudi vel pellibus tecti sunt; Quantum ve-
ro vestium cultui decedit, tantum capillorum
ornatu supplere conantur, comam non solum
crispant, sed unguunt etiam, non certè balsa-
mo, aut ambrae moscive oleis, sed butyro,
non considerantes, alios, qui ob foetorem na-
sum avertere coguntur, tam pulchre nitentes
capillos contemplari non posse. Bonæ præ-
terea sunt indolis, bonarum artium cupidissi-
mi, imprimis linguæ Latinæ, forma corporis
præstant, & insigni robore pollent, Color il-
lis plurimum niger est, atque fuscus, quem
maxi-

maximè faciunt, dantur tamen Æthiopes albi, verum pauci, qui pallidi potius & exsangues dicendi sunt, Diabolum album pingunt, colore suo eum non dignum judicantes: Opifices in hoc Regno fere nulli sunt, atque necessaria sibi quilibet parat, domesticorum & mancipiorum ministerio; Judæi textores & fabri sunt, atque Tubicines & Buccinatores ejusdem sunt familiæ.

* *Cluv.* Habessini singulis annis die Epiphaniarum rebaptizantur, pag. 652. *Du Val.* Part. I. pag. 289. *Omniùm instar est Historia Æthiopica Dn. Ludolfi*, alias *Leutholfi* (de cujus studio atque labore, in ea conscribenda, adhibito, ut quidem dignum esset, dici nunc non potest,) in qua multa continentur admiranda, atque pulcherrimi Iconismi, ut: *Dudaim*, cujus mentio fit, Genes. XXX. 14, Lib. I. c. 9. n. 21. *Oves*, caudas obesas, 40. & amplius, librarum, in postello trahentes, cap. X. n. 14. *Elephantes*, cum radicibus arbores extirpantes, earumque ramos & folia vorantes. n. 20. *Cercopitheculi*, quos *Hollandi die Sanguinen* vocant, n. 51. *Simia*, formicas vorantes, & arenam, in oculos Leonum, aliarumque irruentium ferarum, con-

sper-

spergentes. num. 52. *Hippopotamus*, das
 Fluß-Pferd oder der Meer-Ochs. cap.
 XI. num. 1. &c.

CAP. VII.

DE ÆTHIOPIA.

*Ejusq; Situ, Fluvius, Terminis,
 Magnitudine, Divisione &
 Urbibus.*

1. **Æ**thiopia Exterior seu Inferior (de
 Interiori seu Superiori actum est
 cap. præced.) ad Oceanum in extrema Africae
 parte, ultra æquinoctialem, in Zona Temp.
 Australi, est sita.

2. Fluvii ejus præcipui sunt: 1. *Rio Zaire*.
 in Regno Congi, ex Lacu Zaire originem du-
 cens. 2. *Rio Cuama*, & 3. *Rio de Spiritu Santo*,
 quorum fontes auriferi sunt, in Lacu Sachaf;
 4. *Rio Camissa*, in Costa de Caffres, & 5. *Rio
 de Infante*, &c.

3. Terminis: ab Or: *Merid.* & *Occid.* Oce-
 anus, & à *Sept.* Habessina.

4. Longitudo ejus maxima à Cap. de Guar-
 dasuy, juxta Insulam Zocatora, ad Cap. de
 Bonna Esperanza, est mill. germ. 900.

5. La-

5. Latitudo maxima; à Cap. de Bonna Esperanza ad Lunæ montes, est mill. germ. 300.

6. Dividitur in VI. Regna, quorum I. est *Congi* vel *Manincongo*, cujus incolæ Christiani sunt; Regio fluminum aquis maxime rigua, *Provincias* 6. continet, ut sunt: (1.) *Songo*, juxta fluv. Zaire. Hic copia est Simiarum, Elephantorum, Cercopithecorum, Felium Zibetharum, unde moschus: Tigridum, Draconum, Psittacorum, Struthionum. (2) *Sunda*, metallis dives. (3) *Pango*, juxta Solis montes ad occasum, quo ChrySTALLINI etiam montes & petrae nitrosæ pertinent; *Congen* urbs, à qua Regno integro nomen, Palmarum genus hic invenitur, quarum quædam, nuces Indicas, dactylos quædam, & fructum aliæ, proferunt, ex quo vinum, panis, oleum & acetum conficitur. (4) *Bavia*, Veterum *Agasimba*. (5) *Pemba*, in qua præcipua atq; Regia civitas *S. Salvador*, quæ olim *Banza* vocabatur; Incolæ hujus districtus statura atque robore adeo valent, ut onus 325 librarum brachiis gestare nullo negotio possint, & **gladios** latos gestant atque longos, ad modum Helvetici gladii, quo mancipium uno ictu per medium dissecant facili negotio. Horum Re-

gis

gis ju
(6)
Loan
quæ
dent
gi R
splen
pert
Brar
scine
nes
fide
dila
ang
An
nis
cipi
qui
Ur
tap
tile
Do
Ré
Hi
In
fatu

gis jussu 40000. in exercitum, cogi possunt.
 (6) *Bamba*, propè *Dandam* urbem, Insulæ
Loanda, ubi magna argenti est copia & aquæ,
 quæ crescente Oceano dulcescit, eoque rece-
 dente, falsedine iterum tingitur. Ad hoc Con-
 gi Regnum cujus incolæ conchis & cochleis
 splendendibus pecuniæ loco utuntur, quoq;
 pertinent: *Regio Anzicana*, non procul à
Bramas, cujus incolæ hostes suos laniatos pro-
 scindunt, eorumq; sicut & mancipiorum car-
 nes in macellis publicè vendunt, servi etiam
 fideliores, in gratiam Dominorum suorum se
 dilaniandos, macello spontè offerunt. *Lo-*
anghi: Incolæ hujus regni circumciduntur.
Angola regnum, cujus incolæ carnibus cani-
 nis magis, quam bubulis delectantur; Man-
 cipia eorum ad Brasilienses transmittuntur,
 qui eorū opera utuntur in parando saccharo.
 Urbs *Capazza* Sedes Regia est. II. *Monomo-*
tapa, vel *Benemotapa*, amœnum solum & fer-
 tile, eburis & auri magna ibi est copia, unde
 Dominus *Aureus Imperator* vocatur, caput
 Régni est *Monomotapa*, ad fluv. Spiritus S.
 Hic *Amazones* consedisse, nonnulli tradunt;
 In proximo adjacente Regno *Burua*, celebre
 fatis ædificium est *Simbaoa*, olim ex lapide
 qua-

anna E-
 m. 300.
 n I. est
 hristia-
 ime ri-
 .) *Son-*
 iarum,
 Felium
 ridum,
 m. (2)
 ra Solis
 i etiam
 Congen
 Palma-
 adam,
 ructum
 oleum
 eterum
 ua atq;
 Banza
 statura
 y libra-
 possint,
 modum
 ictu per
 um Re-
 gis

quadrato durissimo extructum, machina antiqua, & incredibilis magnitudinis, in qua conclavia auro splendent. Elephantorum hinc numerus ingens est, qui gregatim in sylvis pascuntur: Incolæ in cursu adeo celeres sunt, ut equorum æquent pernicitatem; Venti sunt frigidissimi, in primis hyberno tempore, cum nostro in hemisphærio æstas est, hinc fimo arefacto ligni loco utuntur, cujus ingens ibi penuria est. III. *Casraria* sive *Cassaria*: Hujus Incolæ *Casares*, (i. e. sine lege,) dicti, montes inhabitant, atq; loca deserta & nemorosa, uti sunt: *Basso*, *Caveo*, &c. magi sunt & crudeles, præsertim erga peregrinos; Aurum hinc est purissimum, cujus comparatione Europæum ut cuprum apparet, quare *Salomon* hinc aurum deportari curavisse, quidam statuunt, ad Templi Hierosolymitani constructionem. *Caput* seu *Promontorium Bona Spei*, *Cabo de Bonna Esperança*, quod *Vascus de Gamma*, *Lusitanus*, anno 1498. primus translegit, totius orbis maximum & celeberrimum est, formam habens triangularem, & tria promontoria, *C. della Guglia*, vel *das Anguillas*, *C. Falso*, & *C. de Bonna Esperança*, vel *C. Infante*. Montes duo ibi clari sunt, vulgo: *der*

Löwen

Löwen und Tafelberg, *Belga* anno 1652.
 Castellum ibi extruxerunt, postea vero Civi-
 tatem pulcherrimam, quo commodius ibi
 commorari, naves suas reparare, ægrotos sa-
 nare, aquam dulcem, cerevisiam (Brunsvicen-
 sis eo quoque deportatur, cujus mensura una,
 imperiali constat,) aliaque, quæ ad sustentan-
 dam vitam humanam faciunt, acquirere pos-
 sint. Incolæ nudi incedunt, & tempore hye-
 mis humeros cute Leonino tegunt, desi-
 diosi & ignaviæ dediti sunt, neque porcorum
 aut ovium intestina illota devorare, averfan-
 tur. IV. *Zangibar*, sive *Sansibar*, ab Insula
 ejusdem nominis ita appellata, Mahumetanis
 & Æthiopibus incolitur, loca tamen mariti-
 ma multa Lusitani obtinent: Juxta *Bertii* opi-
 nionem 6. in ea sunt Regna. (1) *Cesala* vel
Zophal ad mare situm est, urbes habens nul-
 las, pagos vero permultos; Anno 1500. Lusi-
 tani in *Cesalam* Insulam, quam bello occupâ-
 runt, arcem posuerunt, probè munitam, in
 commerciorum assecurationem. (2) *Mons-
 mugi*, Regnum mediterraneum, in quo po-
 puli *Agog*, qui loco pecuniæ globulis vitro si-
 milibus utuntur, utut aurum habeant nobi-
 lissimum. (3) *Monzambique*, Terram habet
 aspe-

asperam, caput est *Monzambique*, Europæorum Mercatorum Emporium celeberrimum, Gallinæ hujus Insulæ nigras habent pennas, nigra ossa, carnem nigram & sanguinem nigrum. (4) *Quiloa*, caput ejus *Quiloa* est, ad fluv. *Quiloa* situm; (5) *Mombaza*, cujus Regia ejusdem nominis, anno 1505. à *Francisco Dalmaida* obfessa, occupata, ob aëris intemperiem Vulcano dicata, atque combusta est; Rex ejus Christianorum hostis est infensissimus. (6) *Melinde*, hic oves sunt, uti in *Habessina* quorum Dn. *Ludolphus* à *Leutholff* cap. X n. 14. meminit, ingentis magnitudinis, caudas (quarum una 30. librarum & ultra) postellis impositas, trahentes. V. *Aian*, omnem versus ortum atque cis & ultra æquatorem positam terram, & à *Melinde* Regno, ad fretum Maris Rubri, (*Babelmandel*) protensam, complectitur: Partes ejus sunt: (1) Regnum *Adea* vel *Adel*, fertile solum habens, & pecudibus abundans, Incolæ ejus *Mauri*, Regis *Habessinorum* stipendiarii sunt, sub quo Regnum est *Magadozzo*, seu *Magadoxa*, cum urbe ejusdem nominis, Rex *Maurus* perpetuo cum *Habessinis* bella gerit, atq; captos Christianos, cum equis & militibus
auxi-

auxiliariis, Turcis & Arabiae Principibus permutat. Regia est *Arat*, *Zeila* vero ad fretum *Babelmandel* Emporium est nobilissimum, portu optimo gaudens. (2) Regio *Boara* cum urbe *Boara*, & *Brava* cum urbe cognomine, tributum pendens Lusitanis.

* *Cluv.* p. 653. *du Val. Part. I. p. 303. Kon. Vest.* pag. 317.

* Insulae Africae adjacentes sunt: *Malta* vel *Melita*, cujus urbs primaria *Malta*, Equites in ea sunt *Melitenenses* vel *Rhodii*, *Schulth.* p. 206. *Mall.* p. 19. *Zocatora.* *Mall.* pag. 46. *Madagascar*, i. e. *Lunae Insula*, sive *S. Laurentii*, in qua *Portus Dauphinè* celebris, Rex duo ex orichalco conflata cornua in capite suo pro dignitate gerit; *Aedes* incolarum palis superaedificatae sunt, ad 5. à terra pedum distantiam, ob innumeram venenosorum animalium copiam, ad litora hujus Inf. oceanus *Corallia* rubra & alba ejicit. *Mall.* p. 51. *Cluv.* p. 657. Hic *Baixos de India* est, locus navigantibus periculosissimus. *Bourbon* seu *Macaregne*, montibus ignes crebros exspuentibus septa, aëre toto orbe purissimo & saluberrimo gaudet, *Inf. S. Mauritiis*, marinis testudinibus majoribus ditissima. *Mall.* pag. 53. *Inf. S. Helene* sub

ropæo-
rimum,
ennas,
nem ni-
est, ad
jus Re-
rancisco
intem-
sta est;
ensissi-
in Ha-
tholff/
nitudi-
& ul-
Aian,
æqua-
Regno,
l) pro-
it: (1)
um ha-
olæ ejus
rii sunt,
Maga-
x Mau-
it, atq;
ilitibus
auxi-

sub Anglorum potestate hodie est, qui fortalium ibi extruxerunt, hic pisces dantur volantes, cum quibus aliæ non alatae bella gerunt. *Ins. Ascensionis* nil nisi rupes est, ubi nullæ arbores reperiuntur, *volucres* vero piscibus insidiantes, quæ magnæ quidem sunt, & supra modum cicures, caro vero earum minus salubris, comesta quia scorbutum causatur. *Ins. S. Matthæi*, quæ exigua est. *Ins. d' Annabon*, Hispanorum est, *Crocodilos* alens, aliaque animalia venenosa. Schulth. p. 545. *Ins. S. Thomæ*, à Lusitanis in die *S. Thomæ* detecta, atque sub æquatore sita est; Mensibus Martio & Septembri crebræ pluviae decidunt, reliquis vero mensibus rore humectatur copioso, indigenæ ad 100. facile vitæ annum, rarò verò ad 50. extranei, pertingunt: Unam habet Civitatem. *S. Thomas* vel *Pavosam* dictam, & *Molarum Sacchari* ultra 70. quæ vi aquarum per canales à monte Insulæ, densissimis nubi- bus perpetuo tecto, ad eas deductarum, ro- tantur. Datur in hac Insula *cancrorum* mirifi- cum genus, quod talparum instar solum sub- vertit, & magna avium copia, perdices scil. sturni, merulæ, passerres virides, atq; Psittaci, Mall. p. 62, Schulth. pag. 546. Insulæ *Capitis viridis*,

viridis
sunt:
Jaqu
Gall.
Vinc
omni
7. mi
Lusit
Malis
Bona
gossa
dit,
mare
80. C
caret
obur
demi
in qu
Etus
fuda
ria, i
zaro
dera
& S.
quo
(Ca

viridis, *Gorgades* & *Hesperides* olim dictæ,
sunt: *Braga*, *del Fuogo*, *Gall. du Feu*, *de S.*
Jaques, *I. Romes*, *de Mayo*, *de Bona Vista*,
Gall. de Bonne Veue, *I. do Sal*, vel *Salis*, *St.*
Vincentz, *St. Nicolai*, *St. Lucas*, *S. Antoine*,
omnium præstantissima est *I. S. Jaque*, ultra
7. mill. germ. in long. continens, urbs ejus à
Lusitanis condita, *Ribiera grande* dicitur;
Malis Hesperis & *aurantiis* dives est, ad *Ins.*
Bona Vista *Herba marina* est, Lusitanis *Sar-*
gossa dicta, quæ ibi ultra 200. mill. se exten-
dit, navigationes maximè impediens, unde
mare *Sargossa* audit, Schulth p. 548. Mall. p.
80. Cluv. pag. 657. *Fortunate. I. Ferro*, aquâ
caret cujus vicem arbor sustinet, nubeculis
obumbrata, humorem perennem ex foliis suis
demittens, Mall. pag. 94. *Gomera*, *Teneriffa*,
in qua mons præaltus est, *Pico de Teide*, di-
ctus, cujus cacumen ad 20. mill. germ. Cælo
sudante navigantibus apparet. *Magna Cana-*
ria, in qua urbs *Canaria*, *Forte Ventura*, *Lan-*
zarotta, *Palma*, *La Roche*, *La Graciense*, *Ma-*
dera, in qua urb. *Funchal* quæ caput *Ins.* est,
& *S. Crucis*, *Porto Santo*, *Insulæ hæ* dicuntur
quoque *Canariæ*, à cansum abundantia, unde
(*Canarien. Vogel* / *Canarien. Zucker* / *Ca-*
L
narien.

nariens (Sect. I) Cluv. p. 658. Mall. pag. 39.
Azores vel *Flandrica*, ut sunt: *Corvo*, *Flores*,
S. Georgii, *Gratiosa*, *Tercera*, *S. Michael*, *S.*
Maria, *Pico*, ubi mons præaltus, *Fayal*. Præ-
cipua est *Tercera*, in qua vinum optimi sapor-
ris, salis copia, Cedri altissima, glastum, *An-*
gra, Metropolis est, castrum habet quoque
munitum, *Punta de Brazil*; Fons in ea repe-
ritur, in cuius aqua lignum lapidescit. Schulth.
pag. 553. Mall. pag. 155.

SECTIO IV.

DE AMERICA.

1. **A**merica, (ob magnitudinem ingentem
Synecdochicè *Novus Orbis*, vel *India*
Occidentalis (*West-Indien*) vocata, quia eo-
dem tempore, cum Orientali India, fuit dete-
cta;) ab *Americo Vesputio* Florentino ita dici-
tur, qui primus terram ejus continentem detexit,
dum an. 1497. Portugallia Regis, Emanue-
lis auspiciis à Gadibus ingressus eandem est.

2. Terminos habet: ab Ort. Oceanum
Atlanticum, à Mer. Fretum Magellanicum;
ab Occ. Mar del Zur, & à Septentr. Mare
Glaciale.

3. Lon-

3. Longitudo ejus, à Cabo de Fortuna, prope fretum Anian, ad fretum Magellani, (si ductum curvorum litorum spectes) est mill. germ. 2550. (Cluv. p. 662. ponit 2400. iter duo freta, Anian & Magell.) juxta lineam rectam vero 1900.

4. Latitudo maxima à Cap. de Fortuna ad C. des Bretens, juxta Terram di Baccalaos, 1396. mill. secundum Cluveram 1300.

5. Dividitur in Septentrionalem vel Mexicanam & Australem, seu Peruvianam.

* Morisot. p. 592. Schott Curs. Math. p. 331. du Val. P. I. p. 35. Cluv. p. 660. &c.

CAP. I.

DE AMERICA SEPTENTRIONALI.

Ejusque Situ, Fluvii, Terminus, Magnitudine, Divisione & Urbibus.

1. **A**merica Septentrionalis seu Mexicana sita est intra Zon. Torr. & Temper. Septentr.

2. Fluvii ejus præcipui sunt: 1. *Canada*, vel *Divi Laurentii*, 2. *Spirito Santo*, 3. *Panuco*, 4. *Tare*, 5. *Barania*, 6. *Rio del Nord* &c.

3. Termini ejus à à Sept. ab Ort: & ab Occ: sunt Oceani partes, à Mer: vero America Merid:

4. Long. (secund. Cluv.) inter Fretum Anian, & Isthmum, quo Meridionali connectitur, est mill. 1500.

5. Latitudo eadem, quæ universæ, vid. prop. præc. 4.

6. Dividitur in Terras sequ. V, quarum
I. CANADA.

Omniū reliquarum Borealissima est, *Nova Francia* quoque dicta, Regi Galliarum parens. Partes ejus sunt: *Nova Britannia*, *Estotilandia*, sive *Labrador*, & *Corterealis*, Terræ steriles sunt: *Canada*, cujus caput *Brest*. *Nova Francia*, in qua *Quebec* urbs primaria, *Acadia*, cujus Portus Regius, *Bayal*, in loco amœno situs est; *Nova Anglia*, cujus caput, *Londinum*, *Nova Hollandia*, in qua *Amstelodamum Novum*, *Nova Suecia*, ubi *Nova Christiana*. In Mediterraneis locis atque versus Septentrionem Barbari cavernas & lacunas suas habent, Gallis vocantur *Les Hurons*, *Iroquois* &c. neq; re aliâ quam cædibus delectantur, in sylvis, quæ horrentes sunt, Ursi reperiuntur in magna copia, Capræ, Cuniculi, albi & nigri

& nigri
Tarda

Ap
diè V
nis ma

in gra
gloru

Cedr
presso

dante
rum

captu
jus sp
d' An

p. 178
cula

volan
habe

est,
Russ
simi
mest
capu
gabi
dicu



& nigri coloris, Lupi, atque in lacubus: Fibri,
Tardæ, Anseres feri, Onocrotali &c.

II. VIRGINIA.

Apalchem antea vel *Mocosa* dicta fuit, hodie *Virginia* audit, vel à *vico*, ejusdem nominis maritimo, vel à *Rege* peculiari *Viguino*, vel in gratiam *Angliæ Regine, Elisabethæ*; Anglorum sub potestate est, atque sterilis terra, Cedros tamen proceros admodum alit, cupressos & lentiscos, mastichen copiosè exudantes; Celebris præterea est, halecum, rajarum, passerum marinorum atque sturionum capturâ, in primis vero *tabaci* præstantia, cujus species 4. *Petun Verine, Petun Verd, Petun d' Amazone, & Petun à langue*, recenset. *Mall.* p. 178. Inveniuntur in ea etiam varia animalcula: *Assapanick*, quod Europæis *Sciurus* volans dicitur *Opassom*, caudam gliris instar habens, & caput porci; *Musiasius mus* marinus est, moschum spirans. Pavones, Halcyones, Rusticulæ maculosæ, Ardeæ, Psittaci nobilissimi &c. Loca præcipua sunt: *Mariland, Jamestovne*, vel *Jacobsstatt* / *Pomejock*, quæ caput olim *Virginie* fuit, hodiè verò est *Tragabizanda*, tribus Insulis cincta, quæ vulgo dicuntur die *Türcken Köpffe*. Civitates atq;

ab Occ.
America

Fretum
i conne-

æ, vid.

uarum

a est, No-

æ parens.

Estotilari-

Terræ ste-

st. Nova

ia, Aca-

oco amæ-

put, Lon-

Amsteloda-

ova Chri-

versus Se-

lacunas

rons, Iro-

delectan-

Ursi repe-

niculi, albi
& nigri

ædes tum Regum tum Privatorum palis, loco murorum, cinctæ sunt, ad arcendos Leones ferocissimos, aliasq; feras: atque ramis arborum. *Mall. p. 158. Fisch. Tab. ult.*

III. FLORIDA.

Vel à florum, vel à foliorum frondescentium copia, vel etiam à Palmarum Dominica, (Hispanis, *Pasqua des Flores*, dicta,) quo die, anno 1512. à *Johanne Pontio Hispano*, detecta fuisse fertur, ita appellata; alii volunt; quod anno 1496. jussu Angliæ Regis Henr. VII. *Sebastianus Gabot* primus ejus litora legerit: Solo gaudet feraci, multum auri & argenti in se continens, aër & cœlum clemens est, homines ibi reperti fuère 250. annorum; Provinciæ ejus sunt: *Apalche, Cossa, Tagil* vel *Tegesta*, ad quam duo sunt fortalitia, *Divi Matthiæ & B. Augustini*, Portum hoc habet commodissimum, ad recipiendas naves maximas. *Mall. pag. 160.* Cœterum *Incola* nudi incedunt, barbari sunt atque sordidi, serpentes, vermes, aliaque insecta, avide vorantes, carnem imprimis Crocodilorum, cujus albedo eos movet atq; delectat. *Jaquazienses* cursores sunt celerrimi, cervos enim cursu anteverunt, neque per integrum, defatigantur diem, lassitu-

lassitudine: Alii, qui *Panucenses* audiunt, captivos, Idolis sacrificio prius immolatos, comedunt: Nasos suos atque aures, perforant, quo pulchriores atque specialiores appareant. Hispanis quidem atque Gallis curæ fuit, ut feros hos domarent, Regione annis 1561. & 1564. occupatâ, maluerunt autem indigenæ hi Sedes potius, quam vitam & mores, mutare, atque ita terram relinquere, quæ Hispanis tandem vacua cessit, atque mansit.

IV. MEXICO

sive

Nova Hispania.

Ab urbe Principe *Mexico* ita appellata, Cœlum, utut sub Zona torrida sita sit, clemens atque temperatum habet, & nobilissima, totius Americæ Sept. atque cultissima regio est, ære & ferro, imo argento atque auro, omnique animalium genere abundans; Mare quoque piscibus & ostreis margaritiferis refertum, atque conchis est: Partes ejus à Recentioribus multæ recensentur, ut sunt: *Vanuco, Tlascala, Guaxaca, Chiapa, Tabasco, Yucatan, Verapax, Honduras, Nicaragua, Costa Rica, Veragua, Guatimala, Soconusco, Mexica,*

xica, Mechoacan, Nova Gallicia, Guadalajara, Chametlan, Culiachan, Zacatecas, &c. Omnium, totius Regni Civitatum primaria est *Mexico*, antea *Tenuchtlan, Tenoxtitlan, vel Themistitan*. id est, *Figuier en Pierre*, Ficus in petra, dicta, à *Ferdinando Cortez*, Hispanorum Duce anno 1521, 13. Aug. die, capta atque deleta est, victo insuper ac occiso Mexicanorū Rege nono, *Molezuma* seu *Molencuma*, licet 350000. haberet militum, atque Regulos bis mille sub potentate sua, neque Hispanorum essent ultra nongentos. *Mexico* hodie dicitur, à fontium multitudine, (*Mexico* enim scaturiginem significat,) Sedes in ea est Pro-Regis & Archiepiscopi, cuduntur ibi monetæ, imprimuntur libri, Academiam habet ab Hispanis fundatam, ædificiorum numerantur 70. millia, & in ambitu suo 6. mill. Germ. amplas habet plateas; Partem urbis Hispani tenent, atque indigenæ partem, ita singulæ nationes sua loca probè obtinent, atque singula opificiorum & mercaturæ genera loca sua definita habent, certasque suas stationes; ad lacum *Mexicanum* sita est, uti & *Tescuro*, secunda, à *Mexico*, urbs, amplitudine eandem exæquans; Tertia in Ordine *Vacipala* est, Anglo-
rum

rum civitas; Cœterum ingens *Mons Popo-*
campecha in vicinia est, ignem perpetuò eru-
 ctans: *Incola* artis fusoriæ atque aurum fabri-
 candi adeo periti sunt, & minutissimas res tam
 exquisitè fusione fingunt, ut à naturalibus
 differant parum; villosos quoque tapetes &
 culcitrâs stratorias optimè conficiunt, artifi-
 ces etiam sunt egregii in texendis vestibus pre-
 tiosis, unde nemo ferè est, qui bombyces non
 alat, lanæ sericæ studio. Alia præterea opera
 accuratissimè construunt, contexendo vel
 avium plumas, vel ferarum pelles, admiranda
 pulchretudine & varietate, ubi colores diver-
 sos vel plumas tam speciosè aptant & concin-
 nant, ut vel animalia quæque, vel flores, vel
 herbas, vel arbores, &c. ab ipsa natura pro-
 ducta esse persuasum tibi habeas: *Zimarao*
 oppidum est juxta finem Mexicanum, in cu-
 jus agro duo fontes sunt, quorum alter picem
 nigram habet, alter rubram. *In Jucatan* urbs
 est *Patanchon*, quæ magnitudine æqualis esse
 Grand-Cairo Ægypti dicitur, hodie *Victoria*
 audit, eo quod Jucatenſium 40000. ab Hi-
 spanis cæsi tribus vicibus fuerint, metu ad pri-
 mum Equitum Hispanorum conspectum
 perculsi, existimantes, equitem cum equo suo

ad alaja-
 as, &c.
 primaria
 xtitlan,
 e, Ficus
 Hispano-
 ta atque
 icanorū
 a, licet
 ulos bis
 anorum
 dicitur,
 n scatu-
 o-Regis
 tæ, im-
 Hispan-
 tur 70.
 amplas
 tenent,
 nationes
 la opifi-
 definita
 lacum
 unda, à
 m exæ-
 Anglo-
 rum

unam bestiam esse: Ubi, postquam occubuerunt miseri homines, inauditâ barbarie tractati, atque truculentis molossis, ceu beluæ, objecti sunt; centum reliquorum indigenarum vel cum equo, vel cum alia re levi Hispani permutarunt, etiam Principis alicuj⁹ filium, cum caseo &c. *Mechoacan*, regio toti⁹ Hispaniæ fertilissima est, in qua ter in anno *Mayzum*, [frumentum Indorum,] Jaliique fructus, maturescunt; Auri & argenti ferax est, atque ceræ, margaritarum, gossypii, mellis, ambrae nigræ, salis, lanæ sericæ, magnam habet abundantiam; Urbes in ea sunt; *Mechoacan*, *Pascuar*, *Vallidolid*, &c. Hunc Regem Hispani columnæ catenis astrinxerunt, ejus pedes cippo sive catastæ inclusos oleo inunxerunt, & majoris cruciatus ergo, lentum ignem ei supposuerunt, atque ita semiaflatum miserè torserunt; pectori postea balistam intenderunt, spiculo admoto acuto, immanem simul molossum adversus eum incitantes, additis minis plusquam avaris, an aurum præbere, aut spiculo trajectus perire, vel an canis morfu discerptus malit mori, sciscitati sunt. Malè autem Dei cultum ab Hispanis hoc modo procuratum fuisse eorum conterraneus testatur,

statu,

statut, in Tractatu suo, von der Hispanier
 Tyranney in der Neuen Welt / oder West-
 Indien) *Bartholomæus de las Casas*, in quo
 pluribus inauditos illos torquendi modos de-
 scribit:

V. MEXICO NOVA

seu

NOVA GRANATA.

Partes sunt Mexicanæ Regionis versus Bo-
 ream sitæ, juxta Insulam Californiæ, scil. *Rey*
Coromede, *Real de Nueva Mexico*, *Nueva*
Grenade, *Astablan*, *S. Franciscus*, *S. Clara*, *S.*
Michael, &c. Multi hæten⁹ Naucleri variarū
 Nationum peritissimi, per hujus maris tractū,
 occasum versus viam, quò facilius ad Tarta-
 riæ partes supremas navigari tutò possit, inve-
 nire, sed irritò hætenus conatu, anxie tenta-
 verunt. In *Quivira* Regno, Californiæ occi-
 dentali, sunt: *Tolm* & *Albion Nova* sive *An-*
glia, cujus Incolæ venationibus victum quæ-
 runt, sub Tentoriis, Habessinorum instar, de-
 gentes. Huic occidentem versus occurrit Re-
 gnum *Anian*, quod freto nomen dedit, intra
 Americam & Asiam ultra 60. milliar. ger-
 manica se non expandenti, solum ejus sterile
 est,

est, equos feros habet, etiam boves, Camelorum instar, gibbosos &c.

* Cluv. p. 663. Konig. Vest. pag. 312. Mallet pag. 147. Janson. Atl. Contr. Tom. II. Tab. 71. 72. 73. 74. & 75. Atl. Min. P. II. p. 383.

CAP. II.

DE AMERICA MERIDIONALIS
seu PERUVIANA.

*Ejusq; Situ, Fluvii, Terminis,
Magnitudine, Divisione &
Vrbibus.*

1. **A**merica Meridionalis, (ab *Americo Vesputio*, qui primus litora ejus legit, ita dicta, & *Peruviana*, à *Peru*, Provincia ejus præstantissima;) intra Zonam Torridam & Temper. Austr. sita est.

2. Fluvii ejus primarii sunt: 1. *Rio de Paria*, & *Oranogue*. 2. *Rio de las Amazonas*. 3. *Rio de Juan d'Orgliano*. 4. *Rio de la Plata*.

3. Termini ejus sunt: ab *Ortu*, à *Merid.* & ab *Occas.* Partes *Oceani*, à *Septentr.* Amer. Septentrionalis, & *Insulæ Antilles*.

4. Longitudo ejus inter *Sept.* & *Merid.* à *C. de la Vola* ad *Fretum Magellanicum* est 1000. mill. germ.

s. La-

5. Latitudo vero inter Ort. & Occaf. à C. de S. Augustino ad C. del Passao, 830. milliar. germ.

6. Dividitur in Terras sequ. VII quarum

I. CASTIGLIA DEL ORO.

Castilia aurea vel nova; Primo *Castilia* dicitur à *Castiliensibus* Columbi, in tertio itinere suo, comitibus, qui eam primi viderunt; *Aurea*, propter auri abundantiam, & *Nova* ratione Veteris in Hispania: Partes ejus sunt (1) *Terra Firma*, Urbes sunt: *Nombre de Dios*, *Darien*, *Panama*, reliquarum Princeps; (2) *Carthagene*, cujus Metropolis *Carthagene*, Portū totius Americæ habet optimum, à *Petro Heredia*, Hispano, anno 1532, occupata, non tamen absque magna suorum strage; ubi alia inter hoc memoratu dignum accidit, quod Mulier Indica octo prius Hispanorum trucidaverit, antequam Victorum se manibus comitteret. (3) *S. Martha*, hic omnia frugum genera gignuntur. (4) *Rio de la Hacha*, & urbs, (5) *Venezuela*, cujus oppidum *Venezuela*, in aquis, Venetiarum instar, extructum est. (6) *Paria*, (7) *Nova Andalusia* Comanam urbem habet, nunc *Cordubam* dictam. & (8) *Nova Gra-*

Granata, juxta quam Regnum cum urbe *Po-
payan*, Provinciae adjacentes sunt: *Los Pastos*,
Los Patios, *Quambaja*. Urb. *Antiochia*, *Ca-
ramanta*, *Pasto*, &c. In Urbe *Nombre de
Dios* merces exponuntur, quæ ex Hispania
apportantur, & in *Panama*, quæ ex Peru affe-
runtur: Animalculum *Hante* hîc invenitur,
quod nunquam edere aut bibere visum, aeris
haustu vivere creditur. Serpentum carne In-
digenæ vescuntur, nec non Crocodilorum,
tanquam delicatâ, & moschi instar odoriferâ.

II GUAJANA.

Terra fertilissima est, auro argento ve mirè
abundans, ejus metropolis *Manoa* vel *El Do-
rado*, civitas ampla, ad lacum *Parime* est, sub
æquatore situm & 200. milliar. longum, de
hac Regione, ejusque incolis mira recenset
du Val. Part. I. pag. 170. Die Landschaft
Quayana beschliesset der Strom *Orenoque*
West-werts / welcher die anwohnende Völ-
cker ofters wegen seines überlauffs zwinget /
daß sie ihre Häuser auff hohe starcke Bäume
bauen müssen / die sich den grossen Vogelnes-
stern vergleichen / die Meer- Küsten dieses
Landes / so sich über 250. Meilen erstrecken /
sind meistens niedrig. Hier haben die Engels-
länder /

länder / Franosen und Holländer sich nieder
 gelassen / und durch ihre erbaute Forten und
 Schanzen den Wilden gezeiget / wie hinfort
 sie nicht mehr allein Meister des Lands seyn
 werden. Zu Suriname sind die Engelländer
 über 2500. Häupter starck / daselbst bauen sie
 Taback / und vertauschen denselben gegen
 Zucker und Ingber. Die Einwohner sind
 allzumahl Abgötter / die Amazonen oder fries
 gerischen Frauen sollen sich daherumb ent
 halten; als welche im Krieg weder an Tapf
 ferkeit noch Anschlägen den Männern nichts
 bevor lassen. Es soll auch eine andere Nation
 Land werts sich befinden / die ihre Weiber so
 wohl / als andere Wahren vertauschen / sie er
 reichen ein hohes Alter / welches die gesunde
 Luft verursachet / sie gehen alle nackend / und
 beschmieren ihre Leiber mit Pomeranthenfarb /
 (Anotta /) welche auff kleinen Bäumlein in
 Schaalen wächst. Sie durchboren ihre Nas
 sen / Lippen und Ohren / und hängen gläserne
 Schellen / oder stücklein Kupfers hinein / die
 sie von den Englischen oder Niederländern
 eintauschen / umb den Hals / Arme und Beine
 tragen sie Corallen und Fischulpen / des
 Nachts liegen sie in Hütten mit niedrigen

Dā

be Po-
 Pastos,
 ia, Ca-
 bre de
 ispania
 tu affe-
 enitur,
 , aeris
 ne In-
 orum,
 riferā.

e mirè
 El Do-
 st, sub
 n, de
 cenlet
 schafft
 noque
 Bōls
 inget/
 äume
 gelner
 dieses
 ecken/
 Engels
 nder/

Dächern/ da sie ihre Hamacken oder Hanges
 matten auß Baumwolle gemacht / und vier-
 eckicht außgespannet zur Nacht, ruhe stehen
 haben; Aber bey Tage halten sie sich in hohen
 Häusern auff/ welche rund herum offen sind/
 damit sie der Wind durchwehen und kühl
 machen könne/ ihr Haußrath sind Döpffen
 und Schüsseln auß Erde gebacken/ und artig
 gemahlet / wann sie gegen den Feind zu Feld
 ziehen sollen/ so schicket der Feldherz in die un-
 tergehörige Dörffer einen Stock / auff wel-
 chem so viel Kerben stehen / als Tage biß auff
 den Kriegs zug überschiesen / an jedem dieser
 Tage wird ein Kerbe außgeschnitten / und
 auff den letzten verfügt sich ein jeder an den bes-
 stimmten Ort. Sie brauchen Bogen und ver-
 giftete Pfeile/ und Schilde / vollgeschnitzter
 Bilder / gefangene Kinder und Frauen ver-
 kauffen sie zu Leibeigen / aber die Männer töd-
 ten sie auff eine so grausame weise/ als sie er-
 dencken können. Bey diesem Volck kan man
 kaum einen Schatten einiges Gottes, oder
 Gözendienstes verspüren/ nur allein beweisen
 sie der Sonne und dem Mond einige Ehre/
 weil sie beyde leben / aber sie thun ihnen kein
 Dpffer. Die Priester / welche sie Peragos
 nen-

nennen/ sind in grossen Ansehen / weil sie vor-
 geben/ daß sie mit den Teuffeln Wattipa und
 Zarackin / (welche die Quajaner / indem sie
 vielmahl von denselben braun und blau ge-
 schlagen werden/ sehr fürchten/) gar vertrau-
 lich umbgehen und grosse gemeinschaft has-
 ben; Auch geben sich diese Priester vor Aerzte
 auß/ welche gleichwohl / wann die Krancken
 nicht genesen/ in Lebens- gefahr stehen/ und sich
 bey zeiten davon packen müssen; Die Leichen
 verbrennen sie mit allem/ was dem Verstor-
 benen lieb gewesen ist/ Ein Oberhaupt bekom-
 met auch zur Gesellschaft im andern Leben sei-
 ne Leibeigenen / welche man an dem Tag des
 Begräbnisses jämmerlich ermordet. Sie
 glauben daß die frommen Quajaner nach Kau-
 po / wie sie den Himmel nennen / verhausen/
 die Bösen und Gottlosen aber in die Hölle
 unter die Erde/ nach Soi.

III. BRASILIA.

Ampla Regio, quartam Amer. Merid. par-
 tem obtinens, ambrae & ligni Cocinei sive
 Verzni, vulgo Brasilien Holz/ sacchari in pri-
 mis ubere proventu maximè nobilis est, mari,
 fluvio Amazonum & Rio de la Plata, cincta,
 Hic fluvius argenteus quoque dicitur, quem
 Johan-

Johannes à Staden, Hassius, anno 1547. navigavit, cujus descriptio legi potest; Totam hanc Regionem accuratè descripsit *Casspar Barlaus*, additis delineationibus præcipuorum locorum, uti sunt: *Friburgum*, cum *horto* amœnissimo, pag. 242. à *Principe Nassovia* adornato, in quo *Cocicæ* arbores, spectabili serie, septingentæ, quarum caudices 40. vel 50. pedum, 250. aurantii, aliique, qui septimentiloco erant, fructuum suorum colore, odore & sapore multas sensibus delicias facientes; *Aliæ* aderant, limonum grandiorum feraces, *aliæ*, quæ citria dulcia ferunt; Præterea in hoc arboreto, *Castanæ*, *Dactyli*, *Vinæ*, singulis semestribus maturis uvis graves, *aliaque* hortorum decora, ad Medicorum & Chirurgorum usus. *Palatio* *Fridburgo*, tanquam libertatis arci, turres duæ sunt sublimes, 6. vel 7. milliar. intervallo spectabiles, quæ pro *Pharis* navigantibus esse possunt, *Lucernas* ignesque è sublimi fastigio protendentes, quo tutius *Nautis* portum subire liceat, *excubiis* præterea idoneæ sunt, & speculandis prædonibus è longinquo. *Suggestus* *Palatii* *militaris*, velut ex fluvio emergens, totus *marmoreus* est, *machinarum* 10. capax, ad fluminis

nis

nis *Bibaribi* securitatem, ad cuius ripam sunt:
 Curia supremi Senatus, Cœnobium, aliaque.
Mauritiopolis ex *Olindæ* ruderibus p. 248. cui
 ad sinistram *Castrum* *Wilhelmi*, Principis,
aggere civitati junctum, *Castrum* deinde *Frid.*
Henrici, *Reciffa*, ponte civitati annexa, *Ca-*
strum *Brunonis*, aliaq; *maritima* plura. *Loan-*
da S. Pauli, in qua tres arces extructæ ex *Princ.*
Nassovii Consilio sunt, quo adversus mot⁹ va-
 leant indigenarum, aliorumque, Collegium in
 ea est *Jesuitarum*, & *Cappucinatorum* Cœnobi-
 um. p. 342. *Pernambuco* amœnissima, *Paradi-*
fus *terrestris* dicta; *Portus omnium Sanctorum*
 clarus quoque est. Ad *Urbem Spiritu Santo*
 mons situs est, campanæ formam habens,
Porto Seguro, in alba rupe, *Ilheos* cum urbe
 cognomine, cuius incolæ *Aymures* proprios
 devorant liberos. Animalculum *Pigritia* ap-
 pellatum tardum adeo est, ut nullo ei fuste
 ignaviam excusseris, duorum dierum spatio,
 neq; citius, arborem conscendit, *Tamendaos*
 animalculum, rostrum habet prælongum,
 linguam acutam, caudam prolixis pilis obfi-
 tam ut totum eâ corpus, sciuri instar, tegere
 possit. *Incola* *Barbari* sunt aliisque pejores, F.
 L, & R, literas in suo alphabeto non habent,
 maxi-

maxima scil. ex parte sine Fide, Lege atq; Rege (id est Magistratu) vivunt. Natatores & Urinatores sunt optimi; Retibus pensilibus, Opulentiores, duas inter arbores expansis, (ut & reliqui Americani, somnum capientes,) & à terra nonnihil elevatis, ne venenata reptilia lædere eos possint, utuntur, quæ *Hamecas* vocant. Oceanus ad litora Brasiliæ *ambra* eijcit in abundantiam, frustum aliquando quingentarum librarum à milite Belga inventum & Mauritio oblatum esse *Cluv.* testatur. Mollas Sacchareas 18. numero describit *Barlaeus.* p. 119. quas vel boves vel aquæ versant, &c.

IV, PARAGUAY sive LA PLATA.

Fluvio *de la Plata* rigatur, (qui magno cum impetu ultra 20. milliar. germ. in mare irruit, ut dulces ejus aquas nautæ haurire in mari queant, antequam terram conspiciant:) qui *Paraguay* vel *de la Plata* audit; *plata* vero Hispanis *argentum* sonat, cujus in eo est abundantia. *Incole* Americanorum hic excultissimi & moribus politissimi sunt, quorum nonnulli *Orechons*, à magnis auribus dicuntur. Urbs *de la Assumption* ad fluvii *de la Plata* ripam sita, atque Præfecti Hispanici Sedes est, Reliquæ sunt; *Villa Rica*, *de la Trinita*, &c.

V. CHICA, vel PATAGONUM
REGIO.

Magellanica quandoque dicta, quia *Magellanes* Hispanorum Regis jussu, anno 1520. primâ vice ejus litora legit, tota aspera est & sterilis, Portus clari sunt: *Porto Desire*, & *de las Virgines*, vulgo das *Borgebürg der eilff tausend Jungfern*. Patagonum Gens proceritatis stupendæ, novem pedum mensuram implet, Horum quidam, *Magellane* spectante, sagittas sesquicubitales per guttur, ad stomachi fundum egisse, feruntur, eoq; ipso robur corporis sui ostentare voluisse: Vocis ad eo sonoræ sunt, ut Bovis vel Elephantis potiùs, quàm hominis ea videatur; Jaculatores sunt exercitatissimi, ut ad quamvis metam visam certe colliment.

VI. CHILI.

Chil vel Chille incolis dicitur, magnumq; frigus denotat, quod in partibus montanis ad eo horridum quandoque est, ut homines & bestiaë penitus constricti, congelentur, marmoris instar indurescant atq; miserè pereant, in longitudine sua continet 415. mill. germ. in latit. maxima non ultra 120. Loca maritima æstu & calore abundant, & easdem cum Europæis

q; Re-
ores &
libus,
lis, (ut
s,) &
eptilia
amecas
n br am
quin-
entum
Mo-
laus. p.
c.

A.

o cum
irruit,
a mari
) qui
o Hi-
abun-
tissimi
nnulli
Urbs
ripam
Reli-

ropæis anni vicissitudines habent, non vero eodem tempore; Sic, quando nos æstatem habemus, hyemem illi habent, & vice versâ: Fertilis cœterum Regio est, auro, aquâ, vino, ligno verзино sive tinctorio &c. abundans, struthiocamelos quoq; producit; *Incola* statura altâ & corpore sunt, bellicosissimi, adeo ut Hispani parvâ Regni partē potuerint subjugare. *Primariæ* Regiones & urbes sunt: *La Conception*, Præfecti, qui Pro-Regi Limano paret, Sedes, portu gaudens optimo, *Sant Jago* ad fluv. *Topolcama* sita, caput Regni est; *Urbs de los Infantes* vel *Villa nueva de los Infantes*, die *Neue Kinderstatt* / *de los Confines* quoque dicitur, *Imperial*, die *Kaiserliche Statt* / ab Aquilis nomen accepit, quas *Petrus Valdivia* ibidem invenit.

VII. PERU.

Unde America Merid. *Peruviana* dicitur, in longitud. sua mill. germ. 370. & in latitud. 170. & nomen suum à fluv. *Peru* habet, per medium ejus decurrente, aëre fruitur, quod mirum est, salubri, & temperato, quanquam sub Zona torrida sit sita, Quando Sol à puncto verticali declinat, cœlum conspicitur sudum, atque tempestatibus densatur eo appropin-

pinquante; similiter horis antemeridianis aë-
 re gaudet sereno, nubibus è contra obumbra-
 tur, pomeridianis; secus ac aliis in locis, ubi
 contrarium observari solet: Incolæ albi colo-
 ris sunt, non obstante, quòd Africani sub eo-
 dem climate nigredine tincti sint. Dividitur in
Planam, Montanam & Cismontanam: *Plana*
 solitudinibus frequentibus deformis planè
 est, raro pluviis irrigatur, herbosos quidem
 campos habet, ad ferendos tamen fructus in-
 eptos, Oves ibi dari equis altitudine æquales,
 & onera, mulorum instar portantes, nonnulli
 contendunt. *Incolæ* inopes sunt, piscibus cru-
 dis vescentes, atque sub umbris arborum vel
 juncetis seu arundinetis dormientes. Urbes è
 multis præcipuæ sunt: *Livia*, metropolis, à
Pizarro extructa. *Porto Vejo*, *Portus Vetus*,
 &c. *Montana*, *Sierras*, Hispanis, aëre tempe-
 ratur frigidiusculo, atque incolæ cespites &
 terram (*Dorf*) Hollandorum more, com-
 burunt, Pars ejus in vallibus constituta, opti-
 mè colitur ab incolis, cùm cœlum clemens ibi
 sit, & pluviæ frequentiores, agros rigantes,
 ita ut triticum satum & semen projectum de-
 cuplum reddant atque centuplum, maximo
 cum fœnore. In hoc districtu è lapidibus ex-
 tructa,

tructa quadratis conspicitur metropolis, Re-
 gia olim Sedes, *Cusco*, in duas hodie partes di-
 visa, *Havan-Cusco*, & *Oren-Cusco*: In hac
 Grandes atque ditiores habitant, multos olim
 auri & argenti thesauros continebat, quos *Pi-
 zardus* expilavit, ex quibus spoliis Rex Hisp.
 partem quintam 400000. flor. accepit; Aedes
 in hac urbe fuisse nonnulli scribunt, quarum
 area, parietes & tecta undiquaque aureis lami-
 nis tecta fuerint. *Lima* sive, *de los Reges*, Re-
 gum Civitas, Pro-Regis, cui Episcopi XV.
 subsunt, Sedes, Academia clara, in qua ultra
 mille quandoque Studiosi, Collegia in ea sunt
 3. Doctores sunt 200. Solis Hispananis hic
 negotiari concessum est. *Callao* civitas mariti-
 ma est, à Lima haut longe distans. *Quito*
 sub æquatore sita atque à *Cusco* secun-
 da est, ex cujus agro argentum vivum copiose
 provenit. *Potosi*, oppidi & montis nomen,
 hic metalli fodinæ sunt, & uberrimæ venæ de-
 tectæ. *Cismontana* seu *Andes*, montium serie
 perpetuâ ortum versus cincta, perpetuis ma-
 descit pluviis. In montibus hisce magna *Sma-
 ragdorum* invenitur copia: Herba hic quoq;
 nascitur, *Cocam* dicta, quam ore *Peruviani*
 teneant

tenent
 grun
 *
 Jansf.
 p. 400
 Casp.
 und
 *
 vel
 ne fer
 groo
 cont
 Lib.
 grad
 citur
 Hic
 igno
 tra
 egit.
 Joh
 Cali
 solu
 VI.
 Cam
 intra
 dam
 odiu

tenentes, sine potu ac cibo, per unum integrum diem iter conficere possunt.

* *Mallet Lib. VI. p. 182. Morisot Lib. II. p. 601. Jansf. Atl. Contr. Tom. II. T. 79. Atl. Min. Part. II. p. 400. Cluv. p. 671. Horn. Orb. Pol. P. IV. pag. 87. Casp. Barlai Brasilia. Otto Keyens Neu Niederland und Quajana.*

* Insulæ Americæ Sept. sunt: *Terre Neuf* vel *Ilha de Baccalaos*, Hyberniam magnitudine fere æquans, juxta quam fyrtis, (Belgis, de *groote Banc* / ultra 260. mill. in sua long. continens, capturâ piscium celebris est. Mall. Lib. II. p. 112. Schulthes. p. 617). *Droieo*, sub gradu lat. 59. Nautis Insula Diabolorum dicitur, ob crebra, quæ in ea visuntur, spectra; Hic Gallica aliqua Fœmina, stemmatis haut ignobilis per biennium & 5. menses, intra spectra horrenda atq; bestias, vitam misere transigit. Schulthes. pag. 617. *Insula Bermudes.*, à Joh. Bermudo Hispano detectæ. Mall p. 156. *California*, Nova Albion quibusdam dicta, solum arenosum habet atque sterile. Mall. L. VI. p. 180. Kön. Vestig. p. 351. *Antilles* quæ Camercanæ vel Americanæ potius dicuntur, intra Amer. Merid. Novam Hispan. & Floridam, sitæ, sunt: *Cuba*, cujus caput, *Havana*, odium *Hathuei Cacici* in Hispanos memorabile.

bile. Schulth. pag. 615. Mall. pag. 168. 169. *Jamaica* vel *S. Jacobi* Insula, in qua urbs *Sevilla* cum Templo *S. Hieronymi* est. Mall. p. 170. *Hispaniola* aërem habet temperatum, arbores ut plurimum perpetuo virentes & *cinnamomi* copiam, urbs maritima *Domingo* clara in ea est. König. Vest. p. 348. Mall. p. 171. *Boriquen* vel *S. Johannis de Puerto Rico*, cujus Urbs: *S. Johannis*, à Columbo (cum reliquis mense Novemb. quo lusciniæ, reliquasq; aves sonoras suaviter cantillantes audivit,) fuit detecta; Mall. p. 172. Schulth. pag. 609. His annumerantur *Insulæ Lucayæ*, inter quas *Binimi Ins.* fonte olim clara fuit, senibus juveniles reducens annos; *Guanabani*, vel *S. Salvador*, *Caribes*, ab Incolis, carne humanâ vescentibus, ita dictæ, ut sunt: *Guadalupe*, *Gallant-Maria*, *Grenade*, &c. In quibus arundines & officinæ Saccharæ, magnus *Cyanei* coloris (*Endig*) proventus, atque tabaci, (quem alii herbam Panaceam, alii Petum, *Nicotianam*, alii, appellant) copia magna, quæ ab indigenis & Europæis, magna cum solertia, transplantatur, & cum variis permutatur mercibus. Mallet. p. 175.

* *Insulæ Americæ Meridionalis* sunt: *Ca-*

jennæ

ienne, in qua Castellum *Ludovici*, Fort Louys, die Ludwigs Festung. Maller p. 191. Reliquæ minores in Oceano Æthiopico sunt: *S. Fernando*. *S. Maria d'Agosta*. *I. dos Picos*. &c. In Oceano Peruviano: *I. de S. Cruz*. *I. de Coscos*, *Eyland van Jan Fernando*, & alia.

CAP. III.

DE TERRA AUSTRALI.

Sub hoc titulo omnes, juxta Recentiorum sententiam, comprehenduntur Terræ atque Insulæ, intra Mare Meridionale, Æthiopicum & Indicum, contentæ: Quarum præcipuæ sunt seq. *Nova Guinea*, Hæc æquatori valde vicina est, & nomen inde sortita, quod ejusdem cum Africa Guinea sit temperiei & aëris, ejusque litora illius similia: Incolæ nigerrimi sunt & Africa Guineæ antipodes veri. *Carpentaria*, à *Belga*, *Carpentier*, ita dicta, *Insula Salomonis* seu virides, quarum multæ sunt, Guineæ novæ ab ortu proximæ, (primaria inter eas *Isabella* est;) à Hispanis, quibus parent, ita dictæ, ob divitias. *Terra de Quier*, Regio in universum adeo amœna, utilis atque beata esse dicitur, ut nulli in Orbe bonitate cedat. *Nova Seelandia*,

in mari Pacifico sita est, cujus litora tantum cognita sunt. *Nova Hollandia*, ab ipsis Belgis detecta, in varias circa litora dividitur partes: *G.F. Wits Land*, *Dirck Hartogs Ree*, *1. de Edels Land*, *beseylt anno 1619.* *'t Land van P. Nuyts*, *opgedaen met 't Gulde Zeepaerdt van Middelburgh*, *26. Jan. an. 1627.* *Terra des Peraquets*, *Psittacorum* Regio dicta, circa Promontorium Bonæ Spei versus Polum Ant-Arcticum est sita. *Insula Horn*, cum adjacentibus, sunt: *Insula Cocos*, *Proditorum*, (*Berraders Eyland.*) *De los Tuberones vel Infortunata*, *Salomonis Insulis ad Ortum adjacentes*, à *Magellano* ita appellatæ sunt, quod neque homines in iisdem viderit, neque sibi suisque de alimentis prospicere potuerit. **MAGELLANICA.** Hanc *Franciscus Magellanes*, Lusitanus anno 1520. primus perlegit: Postquam enim navibus majoribus quinque, Hispaniæ Regis jussu paratis, delectus sociorum navali-um Magellane præsentis, habitus fuisset, 10. Aug. die, anno 1519. Gadibus (Cadix) solvit, atque 17. Febr. ann. subsequ. velis secundis, *S. Antonii* caput, juxta argentei fluvii ostium, appulit, atq; ita cursum Austrum versus continuando, 22. dierum spatio litora illius Tra-
ctus

Etus omnia, ex voto perlustravit, unde Terræ
 & Freto totius mundi clarissimo nomen. *Ur-*
bes in ea nullæ sunt, neque Europæorum co-
 loniæ; *Hispanorum* quidem ausu à parte freti
 Magellanici Boreali anno 1582. Urbs extracta
 atque *Philippopolis* dicta fuit, quo navibus An-
 glorum Batavorumq; transitum per illud de-
 negarent, verum frustra: paulo post enim co-
 lonia illa aëris inclementia, fame inprimis, mi-
 serè periit, & temporis injuriâ urbs ipsa peni-
 tus fuit extincta, adeo ut vestigia ejus vix ap-
 pareant; Anglis hodie hic locus Famis portus
 dicitur (*Porto Fame*) quia ultra 500. homines
 fame extinctos in ea aliquando conspexerunt.
 Particula hujus districtus *Terra del Fuogo*,
 (*Ignium Terra*,) dicitur, à crebris ignibus,
 quos *Magellan.* observavit. Anno 1617. *Le*
Maire deprehendit, hanc Terram Insulam es-
 se, Hominibus paucis habitatam, qui carnes
 vorant crudes, variis se coloribus pingunt, in
 speluncis atque sylvis degentes. Loca mariti-
 ma sunt: *Cap. Nassau*, *Golfo Mauriti*, *Insula*
Drack, *Batavorum Terra*, *der Staaten Land*/
 vel *Enland von Barnefeld* / quæ Insula est,
 anno 1616. 24. Jan. à *Jacobo le Maire*, (post-
 quam anno 1615, 14. Junii die, *Tessaliâ* (*Te-*
rel)

tantum
 s Belgis
 partes:
 le Edels
 Nuyts,
 Middel-
 aquets,
 ontori-
 eticum
 us, ut
 raders
 tunata,
 tes, à
 que ho-
 sque de
 ELLA-
 Lusita-
 stquam
 ispaniæ
 navali-
 ter, 10.
) solvit,
 indis, S.
 ostium,
 us con-
 us Tra-
 etus

res) solvisset,) detecta; qui maximam in hoc mari balænarum copiam, & vitulorum marinarum, observavit: inter hanc Insulam & Magellanicam Fretum Le Maire est, eo quoque tempore detectum, aliud vero fretum, *Brouvers* dictum, iustratum primâ vice est anno 1643.

* *Schulthes. p. 647. König. Vest. p. 355. Mall. Lib. VI. p. 131. Morisot. Lib. II. p. 610. seqq.*

CAP. IV.

DE TERRA BOREALI.

HÆc sub Polo Arctico & circa eundem sita partim cognita est, partim incognita; Antiqui Geographi multa, fabulis tamen atque nugis similia, quam veritati, de ea tradiderunt; scil. de *Rupe* altissima sub polo, de *Voragine* inperscrutabili rotundâ, de *Incolis, Pygmæis*, 4. pedes ad summum, altis. &c. *Certiora* autem sunt, quæ alii scripsere: Quod scil. Incolæ hujus Terræ sub ipsis polis, unum *diem* naturalem continuum 6. *mensium* habeant, quando scil. Sol versatur in signis Borealibus, & quando in Australibus, *noctem* 6. *mensium* continuam unam; quod *Zenith* eorum sit in Polo Boreo, *Nadir*, in Austrino, quod

quod oræillarum terrarum perpetuis algeant
 frigoribus, atque æterna ibi hyems sit, & ma-
 re concretum & fere innavigabile; cùm solis
 radii obliqui & à latere projecti, umbram po-
 tius quam splendorem vel calorem efficiant;
 quod *Sol*, supra eorum horizontem nunquam
 ultra 23. gr. & 30'. ascendat, quod *umbra* eo-
 rum vertatur in orbem; & quæ sunt alia. Di-
 viditur, quantum explorata est, in *Novam*
Zemblam, *Spitzbergam* & *Groenlandiam*.
Nova Zembla, i. e. nova via à *Batavis* ita di-
 cta, quam anno 1594. invenisse gloriantur,
 Mare Mediterraneum Japoniam versus trans-
 mittentes: Regio ob frigoris inclementiam
 maximè deserta, sterilis & rigida, in qua nihil
 Hollandi viderunt, quam vulpes, lupos &
 ursos albos prægrandes, cum vitæ periculo
 maximo: Observarunt præterea, à 4. Novem-
 bris die usque ad Februarii initium, noctem
 perpetuo esse, idque non sine cordolio; In-
 colæ *Samojida* dicuntur, quorum statura,
 naves, vestes, aliaq; admiratione non carent:
Fretum Waigatz intra *Waigatz* & *Mosco-*
viam, à *Belgis* quoq; detectum est anno 1598.
 quo med ante Mare *Moscovicum* cum *Tar-*
tarico miscetur, *Insula* adjacentes sunt: *Sta-*
tem

ten Eyland & Moritz. Mall. Lib. III. p. 128.
Spitzberga anno 1596. à *Hembskerkio* Batavo
 detecta, & à montibus, nive perpetuâ tectis
 ita appellata est. Præter balænas, quarum ca-
 ptura regio hæc clara est, anseres rubros alit.
 Inveniuntur præterea vulpes, ursi, etiam Ran-
 giferi, uti in Lapponia, quorum pabulum
 muscus est. Insulæ & loca primaria sunt:
Massen, Amsterdam, Lang, &c. Mall. Lib.
III. p. 132. König. Vest. p. 352. Schulth. p. 644.
 Cadavera à putrefactione, propter maximum
 frigus, integra cernuntur, neque ligna neque
 pisces in illo solo corrumpuntur, Maris par-
 tes in montium umbra constitutæ ita hora-
 rum 3. spatio concresecunt, ut majora tormen-
 ta bellica vel alia ponderosa per illud devchi
 possint: Ursorum Insula huic terræ adjacet,
 in qua Hollandi ursum 12. pedum longum
 occiderunt, unde Insulæ nomen est: per 4.
 menses in æstate Sol perpetuo supra Horizon-
 tem est; *Grœnlandia* (quasi *Grünland* / ab
Erico quodam *Ruso* ita dicta, qui vel anno
 720, vel 982. eandem detexisse, atque in illa
 gramen, illudque capreolos pascentes vidisse
 fertur,) vasta Regio est & Americæ vicina,
 cujus continenti an adhæreat, nec ne, non-
 dum

dum liquet. Imperium in ejus litora hucusq;
Reges Daniæ sibi vendicârunt, atque tribu-
tum irrogaverunt, quod anno 1256. Regi
Magno solvere recusarunt; Duæ habitatio-
nes in ea notæ sunt, oppidum *Alba & Cæno-*
bium S. Thoma, Mons quoque ignivomus
Witeferke celebris est, ad cujus radices fons
est calidissimus, cujus aqua, ignis loco, (ligni
quippe inopia ibi est maxima,) indigenæ utun-
tur; In litoribus juxta *Fretum Davis Mono-*
ceros piscis reperitur, Islandis *Nathual* dictus,
bove nonnihil major, cornu in capite habens,
quod in summo per Europam habetur pre-
tio, ceu remedium, contra venena præsentif-
simum: Arena quoque ibi invenitur, colore
& pondere aurum referens, cujus copiam ma-
gnam anno 1636. Danus quidam Navarchus
in patriam retulit. Cæterum Incolæ cruda
delectantur carne, neque coctâ vesci in Nor-
wegia potuerunt; haut magnæ sunt staturæ,
venationibus maximè delectantur, indociles
& parvi ingenii sunt, neque linguam Nor-
wegicam addiscere possunt. Alii Terræ Tra-
ctus *Greenlandia* dicitur, polo proximus, qui
cum hac Terra minime confundendus est.
vid. Tab. Europæ Mercatoris & Rudolphi Ca-
pel.

p. 128.
Batavo
â rectis
um ca-
ros alit.
n Ran-
bulum
a sunt:
ll. Lib.
p. 644.
ximum
neque
ris par-
a hora-
ormen-
devchi
adjacet,
ongum
per 4.
orizon-
nd / ab
el anno
e in illa
s vidisse
vicina,
, non-
dum

pel. Balænarum capturâ inprimis hæc Terra
celebris est, unde Naves eo abeuntes vulgo
vocantur die Groenlands Baerder.

* Friderich Martens Spikbergische und Groen-
ländische Reißbeschreibung/ Rudolff Capel. ss. Theol.
D. Norden Mallet Lib. III. p. 128. Jansf. Atl. Contr.
Tom. I. Tab. 3. Atlas Min. Part. I. p. 4. du Val. P. I.
p. 3. Schott. Curs. L. II. c. VI. p. 332. Morisot. L. II.
p. 592. Cluv. p. 678. Schulthes. p. 636.

Hæc de Universi Terrarum regionibus ad
laudem illarum Creatoris, DEI Omnipoten-
tis, dicta sunt.

FINIS.



Jo 220

(1.)

ULB Halle

3

003 064 425



Sb.

1017

Muc

thure
ntem
peros
satis,
ntas
NIS-
me
um,
AS-
TI-
qua
neor,
alia
de-
am-
for-
nam

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19


KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



acte-
Ter-
lo in-
Iusas
N-I-
vota
ratas
uum
niolo,
cipere
tant,
MA-
TIA
E
ersis
erfi;
aliter